

P. OVIDII NASONIS
METAMORPHOSES

P. OVIDIO NASONE
METAMORFOSI

In noua fert animus mutatas dicere formas
 corpora; di, coeptis (nam uos mutastis et illa)
 adspirate meis primaque ab origine mundi
 ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
 5 Ante mare et terras et quod tegit omnia caelum
 unus erat toto naturae uultus in orbe,
 quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles
 nec quidquam nisi pondus iners congestaque eodem
 non bene iunctarum discordia semina rerum.
 10 nullus adhuc mundo praebebat lumina Titan
 nec noua crescendo reparabat cornua Phoebae
 nec circumfuso pendebat in aere Tellus
 ponderibus librata suis nec brachia longo
 margine terrarum porrexerat Amphitrite.
 15 utque erat et tellus illic et pontus et aer,
 sic erat instabilis tellus, innabilis unda,

1-75. Bern HMNU³ BF⁴GLP

1-III 622. adest H 1-199. exstant in Bern 1-445. deest F¹, suppl. F⁴ (saec. XV)
 1-75. deest U¹, suppl. U³ (saec. XIV) 2. uos: di Bern H (B^{ac})GP | illa (scil. coepta) e^o U^{3c} (coni. Lejay), def. Kenney 1976: illas Ω 14. amphitrite Bern N^{4c} U^{4c}: -tes uel -des Ω 15. utque uel ut qu(a)e Bern Leod H^{ac}: ut qua H^{2c}U³ LP: quaque M^{2c} B⁴F⁴, Porphyrio ad Hor. Carm. III 4, 29: atque ubi N | quaque fuit tellus Porphyrio (ut uid.) | aer Bern M^{2m}P: (a)ether Ω

A narrare di forme cambiate in corpi stranieri
 mi spinge l'ingegno; al progetto, dèi, date respiro
 (siete voi che lo avete cambiato) e guidate i miei versi a discendere <
 dal primo principio del mondo di seguito fino ai miei giorni.
 5 Prima del mare, dei campi, del cielo a coprire ogni cosa,
 per l'universo mostrava la natura un'identica faccia,
 il Chaos, come l'hanno chiamata: una massa informe e confusa, <
 nient'altro che un torpido peso e dentro,
 ammuccinati e discordi, i germi di cose sconesse.
 10 Non c'era il Titano a elargire al mondo la luce,
 né Febe rinnovava la falce crescente;
 non stava sospesa, la Terra, con l'atmosfera a recingerla,
 per proprio equilibrio, e Anfitrite <
 non aveva disteso le braccia lungo le sponde.
 15 Se c'erano la terra, il mare e l'aria,
 la terra era instabile, l'onda innavigabile, l'aria

lucis egens aer; nulli sua forma manebat
 obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno
 frigida pugnabant calidis, umentia siccis,
 20 mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hanc deus et melior litem natura diremit.
 nam caelo terras et terris abscedit undas
 et liquidum spisso secrevit ab aere caelum;
 quae postquam euoluit caecoque exemit aceruo,
 25 dissociata locis concordī pace ligavit.
 ignea conuexi uis et sine pondere caeli
 emicuit summaque locum sibi fecit in arce;
 proximus est aer illi leuitate locoque;
 densior his tellus elementaque grandia traxit
 30 et pressa est grauitate sua; circumfluus umor
 ultima possedit solidumque coeruit orbem.
 sic ubi dispositam quisquis fuit ille deorum
 congeriem secuit sectamque in membra redegit,
 principio terram, ne non aequalis ab omni
 35 parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
 tum freta diffundi rapidisque tumescere uentis
 iussit et ambitae circumdare litora terrae.
 addidit et fontes et stagna immensa lacusque,
 fluminaque obliquis cinxit decliua ripis;
 40 quae diuersa locis partim sorbentur ab ipsa,
 in mare perueniunt partim campoque recepta
 liberioris aquae pro ripis litora pulsant.
 iussit et extendi campos, subsidere ualles,
 fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.
 45 utque duae dextra caelum totidemque sinistra
 parte secant zonae (quinta est ardentior illis),

27. fecit Bern M(S): legit Ω: de H n. l.
 Bern), fort. recte

36. diffundi U³ η: diffudit Ω (-ndit

senza luce: niente riusciva a serbare la stessa forma
 e ogni cosa cozzava con l'altra: in un unico corpo
 combattevano il gelo col caldo, il bagnato con l'arido,
 20 il morbido insieme col duro, il greve con l'imponderabile.

Questo conflitto appianarono un dio e una natura migliore:
 prese a staccare le terre dal cielo, e dalle terre le onde,
 divise il limpido cielo dall'atmosfera più fitta.
 Sbrogliate le cose e strappatele al fosco groviglio,
 25 assegnava un posto a ciascuna, stringendole in lacci concordī di
 [pace,
 Nel cavo del cielo s'accese, senza peso, l'essenza di fuoco
 facendosi largo nei vertici supremi.
 A lei subito sotto per leggerezza e per sede sta l'aria;
 più densa di loro attrasse la terra, schiacciandoli sotto il suo peso,
 30 i materiali massicci; l'acqua, versandosi in giro,
 invase gli estremi confini e chiuse il mondo dei solidi.
 Chiunque fosse quel dio, una volta spezzata e ordinata
 la congerie, e plasmati quei pezzi in membra,
 cominciò agglomerando la terra, per renderla uguale dovunque,
 35 in forma di un globo grandissimo.
 Poi ordinò agli oceani di dilagare e di gonfiarsi al soffio
 [impetuoso dei venti,
 di circondare le sponde, girando intorno alla terra.
 Aggiunse poi le sorgenti, e le immense paludi e i laghi;
 costrinse fra due rive sghembe il deflusso dei fiumi
 40 che di regione in regione diverge, e qui l'assorbe la terra,
 lì si spinge all'oceano e, raccolto dall'acqua più libera
 di quella distesa, va a frangersi invece che a sponde agli scogli.
 Quindi ordinò alle pianure di correre in largo, di sprofondare alle
 [valli,
 di coprirsi di foglie alle selve, di ergersi ai monti rocciosi.
 45 E come, da destra e sinistra, due fasce tagliano
 il cielo, e la quinta è più ardente di tutte,

sic onus inclusum numero distinxit eodem
 cura dei, totidemque plagae tellure premuntur.
 quarum quae media est non est habitabilis aestu;
 50 nix tegit alta duas; totidem inter utrumque locauit
 temperiemque dedit mixta cum frigore flamma.
 imminet his aer, qui, quanto est pondere terrae
 pondus aquae leuius, tanto est onerosior igni.
 illic et nebulas, illic consistere nubes
 55 iussit et humanas motura tonitrua mentes
 et cum fulminibus facientes fulgora uentos.
 his quoque non passim mundi fabricator habendum
 aera permisit. (uix nunc obsistitur illis,
 cum sua quisque regant diuerso flamina tractu,
 60 quin lanient mundum; tanta est discordia fratrum.)
 Eurus ad Auroram Nabataeaeque regna recessit
 Persidaeque et radiis iuga subdita matutinis;
 Vesper et occiduo quae litora sole tepescunt
 proxima sunt Zephyro; Scythiam septemque Triones
 65 horrifera inuasit Boreas; contraria tellus
 nubibus assiduis pluuioque madescit ab Austro.
 haec super imposuit liquidum et grauitate carentem
 aethera nec quidquam terrenae faecis habentem.
 uix ita limitibus dissaepserat omnia certis,
 70 cum quae pressa diu fuerant caligine caeca
 sidera coeperunt toto efferuescere caelo.
 neu regio foret ulla suis animalibus orba,

50. *utrumque* Bern o^r χ; *-amque* Ω: *-asque* ψ 53. *pondus aquae leuius* "codex peruetustus" Alex. Philumeni (teste Constantio Fanensi): *pondere aqu(a)e leuior* Ω (cf. Housman, ed. Luc., p. XXVII sqq.) 56. *fulgora* Bern: *frig-* Ω 59. *regant* M: *-t* Ω (*rotat* Bern) 64. *triones* Ω, Sen. Nat. quaest. V 16, 1, Diomedes, GLK I, p. 436: *-em* M (ut uid.) N^{ac} U³B^{ac}, cf. Verg. Geor. III 381 69. *diss(a)epserat* Bern Leod: *discerperat* Ω (*discreu-* U³ φ) 70. *fuerant cal. c(a)eca* Bern N (*multa pro caeca*): *massa latuere sub ipsa* H^{2c} F⁴LP: *m. l. s. illa* MU³ BG (cf. Fast. I 107-8) 72. *animantibus* w (ut uid.) χ (Heinsius)

così, con lo stesso principio, l'impegno del dio suddivise
 la massa al suo interno, e s'impresero in terra altrettante regioni.
 La fascia centrale è rovente, perciò dimorarvi è impossibile;
 50 la neve ricopre le estreme; fece spazio nel mezzo ad altre due
 equilibrandone il clima e mischiando col gelo la fiamma.
 A sovrastarle c'è l'aria, di tanto più greve del fuoco
 quanto è più lieve del peso terrestre il peso dell'acqua.
 Lì comandò di raccogliersi alle nebbie, alle nuvole e ai tuoni
 55 destinati a sconvolgere la mente degli uomini,
 ai venti, fabbri di lampi e di fulmini.
 E non volle lasciarli spaziare, l'architetto del mondo,
 per tutti i domini dell'aria: anche oggi
 che ognuno governa col soffio una zona diversa,
 60 quasi dilaniano il mondo, fratelli in profonda discordia.
 Verso l'Aurora, nel regno dei Nabatei, tornò l'Euro, <
 verso la Persia e le vette colpite dai raggi al mattino;
 il Vespro e le spiagge scaldate dal sole al tramonto
 sono i vicini di Zefiro; la Scizia e i paesi dell'Orsa
 65 li invase il tremendo Borea; le terre all'incontro
 l'Austro le bagna di pioggia e di nubi incessanti.
 Sopra di loro posò, limpido e privo di peso,
 l'etere, senza neppure un'ombra di feccia terrestre.
 Bastò che così ripartisse le cose entro fermi confini
 70 perché, troppo a lungo nascoste dentro la nebbia oscura,
 prendessero ad accendersi stelle per tutto l'empireo.
 In modo che non ci fosse regione immota da cose viventi,

astra tenent caeleste solum formaeque deorum,
 cesserunt nitidis habitandae piscibus undae,
 75 terra feras cepit, uolucres agitabilis aer.

Sanctius his animal mentisque capacius altae
 deerat adhuc et quod dominari in cetera posset.
 natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
 ille opifex rerum, mundi melioris origo,
 80 siue recens tellus seductaque nuper ab alto
 aethere cognati retinebat semina caeli,
 quam satus Iapeto mixtam pluuiialibus undis
 finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.
 pronaque cum spectent animalia cetera terram,
 85 os homini sublime dedit caelumque uidere
 iussit et erectos ad sidera tollere uultus.
 sic modo quae fuerat rudis et sine imagine tellus
 induit ignotas hominum conuersa figuras.

Aurea prima sata est aetas, quae uindice nullo,
 90 sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.
 poena metusque aberant, nec uerba minantia fixo
 aere legebantur, nec supplex turba timebat
 iudicis ora sui, sed erant sine uindice tuti.
 nondum caesa suis, peregrinum ut uiseret orbem,
 95 montibus in liquidas pinus descenderat undas,
 nullaque mortales praeter sua litora norant;
 nondum praecipites cingebant oppida fossae;
 non tuba drecti, non aeris cornua flexi,
 non galeae, non ensis erat; sine militis usu

76-80. Bern HMNU BF⁴GLP 81-193. Bern Par HMNU BF⁴GLP

76. inc. U¹ 81-193. exstant in Par 82. *pluuiialibus* Bern (cf. "Lactantii"
 narrationem, *terram imbre molliuit*): *flu-* Ω 91-3. hab. MN^{2m} B^{3m} F⁴ L^{1m}: om.
 Ω 91. *minacia* M^{sc} 92. *legebantur* F⁴ χ: *ligabantur* Ω, Tarrant 99.
erant Bern χ (Heinsius), cf. Tib. I 10, 9

occupano il campo celeste astri e figure di dèi,
 le acque si aprirono e accolsero i lucidi pesci,
 75 la terra si prese le bestie, la mobile aria gli uccelli.

Ma un animale più nobile, più degno di un alto intelletto
 ancora non c'era, capace di imporsi su tutti.
 E nacque l'uomo: che l'abbia foggiato da un seme divino
 il Fabbro di tutte le cose, la Causa di un mondo migliore,
 80 o che la terra neonata ancora recasse, strappata
 appena dall'etere sommo, i germi fraterni del cielo
 e che l'avesse plasmata, mischiandola all'acqua piovana, <
 il figlio di Giapeto a immagine degli dèi signori del Tutto.
 Se gli altri animali contemplanò a testa bassa la terra,
 85 la faccia dell'uomo l'ha alzata, gli ha imposto la vista del cielo
 perché levasse lo sguardo spingendolo fino alle stelle.
 Così la terra, fin lì rudimentale e informe,
 si trasformò, rivestendo le forme mai viste degli uomini.

Fiori per prima l'età dell'oro; e da sé, senza leggi, <
 90 senza nessuno a difenderle, osservava giustizia e lealtà.
 Ignoti le pene e il terrore: a nessuno accadeva di leggere
 minacce incise nel bronzo né a gente implorante di tremare
 di fronte a un giudice; senza nessuno a difenderla stava al sicuro.
 Non ancora il pino reciso dai monti era sceso
 95 nei limpidi flutti a esplorare un mondo straniero,
 né i mortali avevano idea di plaghe più in là delle loro.
 Non c'erano ancora, a recingere le città, profondi fossati,
 non esisteva la tromba di bronzo diritto, né il corno di bronzo
 ricurvo, né gli elmi e le spade; senza bisogno di eserciti,

100 mollia securae peragebant otia gentes.
 ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis
 saucia uomeribus per se dabat omnia tellus;
 contentique cibis nullo cogente creatis
 arbuteos fetus montanaque fraga legebant
 105 cornaque et in duris haerentia mora rubetis
 et quae deciderant patula Iouis arbore glandes.
 uer erat aeternum, placidique tepentibus auris
 mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
 mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
 110 nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
 flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,
 flauaque de uiridi stillabant ilice mella.

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso
 sub Ioue mundus erat, subiit argentea proles,
 115 auro deterior, fuluo pretiosior aere.
 Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris
 perque hiemes aestusque et inaequales autumnos
 et breue uer spatiis exegit quattuor annum.
 tum primum siccis aer feruoribus ustus
 120 conduit et uentis glacies astricta pependit;
 tum primum subiere domos (domus antra fuerunt
 et densi frutices et uinctae cortice uirgae);
 semina tum primum longis Cerealia sulcis
 obruta sunt, pressique iugo gemuere iuueni.
 125 Tertia post illam successit aenea proles,
 saeuior ingeniis et ad horrida promptior arma,
 non scelerata tamen. de duro est ultima ferro.
 protinus inrupit uenae peioris in aeuum
 omne nefas; fugere pudor uerumque fidesque,

114. *subiit* Bern Par H^{ac} (S) BG¹ P: *-iitque* Δ(N^c) G^{2s}: *-(i)t hi(n)c* H^{2c} F⁴L
 125. *illas* (B^{ac})L

100 tranquilli vivevano i popoli tempi beati di pace.
 Anche la libera terra, dal rastrello inviolata e tuttora
 non offesa dal vomere, scelse di dare da sola di tutto;
 e appagati dai cibi prodotti senza forzarla, coglievano
 frutti d'arbusti, corniole, sulle montagne le fragole,
 105 appese a spinosi roveti le more, le ghiande
 cadute dall'albero vasto di Giove.
 La primavera era eterna: sfioravano placidi zefiri,
 col loro tiepido soffio, fiori nati, ma mai seminati.
 Senz'essere arata, in breve tempo la terra si ricopriva di messi;
 110 campi non dissodati s'imbiancavano di gruide spighe:
 qui scorrevano fiumi di latte, lì fiumi di nettare
 e biondo miele stillava dal tronco verde del leccio.

Ma quando, una volta scagliato Saturno nel Tartaro buio,
 a regnare sul mondo fu Giove, sopraggiunse l'età dell'argento
 115 che vale meno dell'oro, ma ha più pregio del bronzo rossiccio.
 L'antica primavera, pensò Giove a contrarla nel tempo;
 formò, contando, l'inverno, l'estate, l'autunno ineguale,
 la corta primavera, un anno di quattro stagioni.
 L'aria soltanto allora, arsa da asciutti bollori,
 120 bruciava bianca, e colava il ghiaccio rappreso dai venti.
 Solo allora cercarono case: e per case si presero grotte,
 il folto delle frasche, i rami legati insieme da fibre.
 E solo allora si misero a buttare i semi di Cerere
 nei lunghi solchi, e gemettero oppressi dal giogo i giovenchi.
 125 A questa seguiva per terza la generazione del bronzo
 di mente più cruda e più facile alle armi terribili,
 però non funesta. Ma l'ultima ha la durezza del ferro:
 subito irruppe ogni infamia nell'età del metallo più vile,
 fuggirono il pudore, la verità, la lealtà,

130 in quorum subiere locum fraudesque dolique
 insidiaeque et uis et amor sceleratus habendi.
 uela dabat uentis (nec adhuc bene nouerat illos)
 nauita, quaeque diu steterant in montibus altis
 fluctibus ignotis exsultauere carinae;
 135 communemque prius ceu lumina solis et auras
 cautus humum longo signauit limite mentor.
 nec tantum segetes alimentaue debita diues
 poscebatur humus, sed itum est in uiscera terrae
 quasque recondiderat Stygiisque admouerat umbris
 140 effodiuntur opes, inritamenta malorum.
 iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum
 prodierat; prodit bellum, quod pugnat utroque,
 sanguineaue manu crepitantia concutit arma.
 uiuitur ex raptō. non hospes ab hospite tutus,
 145 non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.
 imminet exitio uir coniugis, illa mariti;
 lurida terribiles miscent aconita nouercae;
 filius ante diem patrios inquirat in annos;
 uicta iacet pietas, et uirgo caede madentes
 150 ultima caelestum terras Astraea reliquit.
 Neue foret terris securior arduus aether,
 adfectasse ferunt regnum caeleste Gigantas
 altaue congestos struxisse ad sidera montes.
 tum pater omnipotens misso perfregit Olympum
 155 fulmine et excussit subiectae Pelion Ossae.
 obruta mole sua cum corpora dira iacerent,
 perfusam multo natorum sanguine Terram
 immaduisse ferunt calidumque animasse cruorem
 et, ne nulla suae stirpis monumenta manerent,

132. *dabat* M^{ac}NU F⁴GL^{ac}: -nt Ω
 ras Bern (Par) (M^{ac}) NU^{2c} P: -(a)e Ω
 L: -to Ω

134. *exsultauere* Bern q: ins- Ω
 135. *auras* Bern (M^{ac}) NU^{2c} P: -(a)e Ω
 155. *subiect(a)e* Bern (M^{ac}) γ: -um M^{2c} F^{4c}

130 e al posto loro arrivarono tradimenti e perfidie,
 frodi, violenza e l'infame passione del possesso.
 Ai venti diede le vele, mal conoscendoli ancora,
 il marinaio, e le chiglie, dopo un lungo svettare sui monti,
 violarono flutti mai visti; e la terra, finora di tutti
 135 quanto l'aria e la luce del sole, suggellò
 dentro lunghi confini l'agrimensore prudente.
 Non bastavano più le pretese poste ai campi sontuosi di messi
 e dei frutti consueti: scesero dentro le viscere della terra
 a scavare i tesori (alimento alle nostre sciagure)
 140 che lei aveva nascosto e riposto fra le ombre dello Stige.
 Ecco venire alla luce il ferro funesto e poi l'oro,
 più funesto del ferro; ecco col ferro e con l'oro la guerra
 squassare con mano sanguigna le armi sonore. [combattere,
 Vivono di rapine: non è al sicuro dall'ospite l'ospite,
 145 non il suocero dal genero: pure i fratelli s'amano poco.
 Il marito spera che muoia la moglie: lei spia la morte di lui:
 sinistre matrigne distillano il livido aconito; prima del tempo
 il figlio indaga l'età di suo padre;
 è a terra, sconfitto, l'affetto: la terra è bagnata di stragi
 150 e l'ultima dei Celesti l'abbandona, la vergine Astrea. <
 Non che fosse più quieta della terra, la vetta dell'etere:
 narrano che i Giganti pretendessero al regno celeste,
 e con i monti ammassassero cataste alte fino alle stelle.
 Lanciò allora un fulmine, il padre onnipotente, e distrusse
 155 l'Olimpo, buttando giù il Pelio dall'Ossa là messo a sorreggerlo.
 Sepolti quei corpi mostruosi sotto la massa crollata,
 la Terra, raccontano, fradicia del grande cruore dei figli,
 s'impregnò di quel tiepido sangue, gli dette vita e ne fece,
 perché restasse un ricordo della sua razza, una specie

- 160 in faciem uertisse hominum. sed et illa propago
contemptrix superum saeuaeque auuidissima caedis
et uiolenta fuit; scires e sanguine natos.
Quae pater ut summa uidit Saturnius arce,
ingemit et, facto nondum uulgata recenti
165 foeda Lycaoniae referens conuiuia mensae,
ingentes animo et dignas Ioue concipit iras
conciliumque uocat; tenuit mora nulla uocatos.
est uia sublimis, caelo manifesta sereno;
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.
170 hac iter est superis ad magni tecta Tonantis
regalemque domum. dextra laeuaque deorum
atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
plebs habitat diuersa locis; hac parte potentes
caelicolae clarique suos posuere Penates.
175 hic locus est quem, si uerbis audacia detur,
haud timeam magni dixisse Palatia caeli.
ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,
celsior ipse loco sceptroque innixus eburno
terrificam capitis concussit terque quaterque
180 caesariem, cum qua terram mare sidera mouit.
talibus inde modis ora indignantia soluit:
«non ego pro mundi regno magis anxius illa
tempestate fui, qua centum quisque parabat
inicare anguipedum captiuo braccia caelo.
185 nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno
corpore et ex una pendebat origine bellum.
nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,
perdendum est mortale genus; per flumina iuro

- 160 con volto umano. Anche quella, tuttavia,
disprezzava i Celesti, era feroce, assetata di massacri oltre ogni altra
e violenta: erano figli del sangue, si capiva.
Ma appena la vede dal sommo della sua rocca, s'affligge
il padre Saturnio e, ricordando un delitto recente e ancora malnoto,
165 l'orrendo banchetto alla tavola di Licaone,
gli nasce nell'anima un'ira smisurata, degna di Giove,
e convoca il concilio: gli dèi convocati non tardano.
Esiste una via nell'empireo, visibile a cielo sereno:
si chiama via Lattea e s'impone per bianco fulgore. <
170 È il cammino che fanno gli dèi per recarsi alla regia dimora,
alla casa del grande Tonante. A destra e a sinistra, ospitali,
spalancano le porte i palazzi dei nobili dèi.
Altrove, disperse, le case del popolo; ma i loro Penati
li hanno messi, i Celesti potenti e illustri, in questo quartiere.
175 Se la battuta non fosse temeraria, non esiterei
a definire il quartiere il Palatino del cielo supremo. <
E dunque, una volta sedutisi gli dèi nel santuario di marmo,
e lui sistemato più in alto, appoggiato allo scettro d'avorio,
squassò con la testa tre e quattro volte i tremendi capelli
180 facendone sobbalzare la terra, l'oceano, le stelle.
Poi aprì la bocca sdegnato, con queste parole:
«Non ero tanto angosciato per il dominio del mondo
al tempo dei Piedi di Serpe, ognuno pronto a buttarsi
a imprigionare in cento braccia il cielo.
185 Certo, avevamo nemici feroci: ma pure, la guerra
la voleva soltanto una casta, dipendeva da un'unica causa.
Ma oggi devo mandare il genere umano a morire per tutto il globo
che cinge Nereo nei suoi flutti sonanti. Per i fiumi infernali

162. *natam* BG(L^{ac}) 165. *mensae: cen(a)e* U P 166. *animo et: -o* Σ(P^c): -os
et H^{ac}: -os MN^cU^{2c} L 173. *hac parte* Bern: *hac fronte* Par H(M^{ac}?)NU^c BG,
Lact. Inst. I 16, 12: *a fr.* M^{2c}(U^{ac}) F⁴LP 176. *caeli: regis* M^{2c}U^{2v} B^{2v} φ

infera sub terras Stygio labentia luco,
 190 cuncta prius temptata, sed immedicabile corpus
 ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
 sunt mihi semidei, sunt rustica numina nymphae
 Fauniquae Satyrique et monticolae Siluani;
 quos, quoniam caeli nondum dignamur honore,
 195 quas dedimus certe terras habitare sinamus.
 an satis, o superi, tutos fore creditis illos,
 cum mihi, qui fulmen, qui uos habeoque regoque,
 struxerit insidias notus feritate Lycaon?».

Confremuere omnes studiisque ardentibus ausum
 200 talia deprecantur. sic, cum manus impia saeuit
 sanguine Caesareo Romanum extinguere nomen,
 attonitum tanto subitae terrore ruinae
 humanum genus est totusque perhorruit orbis.
 nec tibi grata minus pietas, Auguste, tuorum est
 205 quam fuit illa Ioui. qui postquam uoce manumque
 murmura compressit, tenuere silentia cuncti.
 substitit ut clamor pressus grauitate regentis,
 Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:
 «ille quidem poenas (curam hanc dimittite) soluit;
 210 quod tamen admissum, quae sit uindicta docebo.
 contigerat nostras infamia temporis aures;
 quam cupiens falsam summo delabor Olympo
 et deus humana lustris sub imagine terras.

194-8. Bern HMNU BF⁴GLP 198-9. Bern HMN⁴U BF⁴GLP 200-55.
 HMN⁴U BF⁴GLP

190. *temptata* Bern (N^{ac}) L^{ac}, edd. multi: -*anda* Ω, Tarrant | *corpus* (scil. *caro*) Bern
 HM¹(N^{ac})U^{3v} B¹ G¹ L¹: *uulnus* Ω (ex X 189?) 193. *fauniquae et* M^{2c} N^{1c} (S) U^{ac}
 BG: *et fauni* F⁴ L² | post 193 desinit Par 198-255. desunt in N folio amisso,
 suppl. N⁴; (N) = lectio codicis N ex apographo eius Laur. 36.5 restituta 199.
confremuere F⁴ φ; *non fr-* Bern: *contr-* Ω | post 199 desinit Bern 202. *tant(a)*
subito H F⁴GL 206. om. HM^{ac} U^{ac} B^{ac}

che scorrono sotto la terra nel bosco Stigio, lo giuro:
 190 ho già tentato di tutto; ma una carne inguaribile
 bisogna tagliarla col ferro perché non s'infetti la parte sana.
 Devo anche pensare ai semidei, ai geni campestri: ninfe, <
 Fauni e Satiri e, sulle montagne, i Silvani.
 Se ancora non gli concediamo gli onori del cielo e gli diamo la terra,
 195 facciamo che almeno ci vivano senza pericolo.
 O vi illudete, Celesti, che stiano al sicuro, se
 me, che ho il fulmine e domino voi
 Licaone, una belva notoria, è riuscito a mettermi in trappola?».

Rumoreggiano tutti e pretesero la consegna, bruciando di collera,
 200 di chi aveva osato quel crimine. Così, quando un empio drappello <
 infierì per estinguere il nome di Roma nel sangue di Cesare,
 lasciò stordita l'orrore dell'improvvisa catastrofe
 la specie umana, e percorse un brivido tutto il creato.
 Tu non apprezzi meno l'affetto dei tuoi, Augusto,
 205 di Giove, allora, dei suoi. Frenò, con il gesto
 e la voce, il mormorio: tutti tacquero.
 Appena cessato il clamore, represso dal prestigio del sovrano,
 riprese a parlare Giove, rompendo il silenzio:
 «Quanto a lui, l'ha pagata, non abbiate paura;
 210 bisogna che vi narri che cosa ha commesso e come ne è stato
 [punito.
 La vergogna di questa stagione mi aveva colpito le orecchie;
 speravo che fosse sbagliata. Scendo così dalle altezze dell'Olimpo,
 e in immagine umana, restando dio, mi metto a girare la terra.

longa mora est quantum noxae sit ubique repertum
 215 enumerare; minor fuit ipsa infamia uero.
 Maenala transieram latebris horrenda ferarum
 et cum Cyllene gelidi pineta Lycae;
 Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni
 ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.
 220 signa dedi uenisse deum, uulgusque precari
 coeperat; inridet primo pia uota Lycaon,
 mox ait "experiar deus hic discrimine aperto
 an sit mortalis, nec erit dubitabile uerum".
 nocte grauem somno necopina perdere morte
 225 me parat: haec illi placet experientia ueri!
 nec contentus eo est; missi de gente Molossa
 obsidis unius iugulum mucrone resoluit
 atque ita semineces partim feruentibus artus
 mollit aquis, partim subiecto torruit igni.
 230 quod simul imposuit mensis, ego uindice flamma
 in domino dignos euerti tecta Penates.
 territus ipse fugit nactusque silentia ruris
 exululat frustra que loqui conatur; ab ipso
 colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis
 235 utitur in pecudes et nunc quoque sanguine gaudet.
 in uillos abeunt uestes, in crura lacerti;
 fit lupus et ueteris seruat uestigia formae:
 canities eadem est, eadem uiolentia uultus,
 idem oculi lucent, eadem feritatis imago est.
 240 occidit una domus, sed non domus una perire
 digna fuit; qua terra patet, fera regnat Erinys.

217. om. M^{ac} | cyllene M^{2m} χ; -no Ω (-neo U, transieram B^{ac}G) MB(G^{ac}): -dos H^c U^c G^{2c}; -des F⁴ LP: -das (N)U^{ac} (Heinsius)
 comparat (H^{ac}) (M^{ac}) U¹; praep- F⁴ 230. quos N^{4c} BL^c 231. domino G: -um
 Ω | dignos HMN⁴ F⁴ P^c; dignosque (N)ULP^{ac}; et dignos BG 235. utitur Ω: uer-
 titur HU F⁴L (cf. IV 270, XI 23), Tarrant

A fare l'elenco dei crimini che dappertutto ho incontrato
 115 vi prenderei troppo tempo: la realtà superava le voci.
 Avevo passato il Menalo, orrendo rifugio di belve,
 quindi Cillene e la fredda pineta del monte Liceo;
 entro così nel paese inospite e nella dimora
 del tiranno d'Arcadia, nel tardo crepuscolo ormai volto a notte.
 120 Alludo all'arrivo di un dio: la gente si mette a implorarmi.
 Licaone, all'inizio, deride quelle preghiere devote;
 poi dice: "Se questo sia un dio o un mortale, lo voglio accertare
 mettendolo a pubblica prova. La realtà fugherà tutti i dubbi".
 La notte, mentre ero gravato dal sonno e senza sospetto,
 125 s'appronta a darmi la morte: era questa, la prova a suo genio.
 Non gli basta: ha lì degli ostaggi che gli hanno mandato i Molossi;
 a uno taglia la gola con la spada; non è ancora morto
 che gli butta una parte del corpo a stufare
 nell'acqua bollente e rosola il resto sul fuoco.
 130 Non fa a tempo a metterlo a tavola che la mia fiamma lo vendica,
 rovesciandogli addosso la casa, i degni Penati di un simile padrone.
 Lui scappa atterrito, raggiunge il silenzio dei campi
 e si mette a ululare; inutilmente si sforza di parlare:
 la rabbia che l'agita gli si raccoglie nel gozzo: sfoga la voglia
 [consueta
 135 di ammazzare sui greggi, e continua anche adesso a gioire del
 [sangue.
 Si mutano in peli i vestiti, le braccia diventano zampe;
 diventa un lupo, ma serba un'ombra del volto di un tempo. <
 Il pelo grigio è immutato, immutato l'aspetto feroce;
 bruciano gli occhi immutati, e lui resta l'immagine stessa della
 [violenza.
 140 È crollata soltanto una casa; ma merita la rovina ben più di una
 [casa;
 dovunque si estenda la terra, è il regno di Erinne crudele.

in facinus iurasse putes; dent ocius omnes
 quas meruere pati (sic stat sententia) poenas».

Dicta Iouis pars uoce probant stimulosque frementi
 245 adiciunt, alii partes adsensibus implent.
 est tamen humani generis iactura dolori
 omnibus, et quae sit terrae mortalibus orbae
 forma futura rogant, quis sit laturus in aras
 tura, ferisne paret populandas tradere terras.
 250 talia quaerentes (sibi enim fore cetera curae)
 rex superum trepidare uetat subolemque priori
 dissimilem populo promittit origine mira.

Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras,
 sed timuit ne forte sacer tot ab ignibus aether
 255 conciperet flammam longusque ardesceret axis.
 esse quoque in fati reminiscitur adfore tempus
 quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
 ardeat et mundi moles operosa laboret.
 tela reponuntur manibus fabricata Cycloperum;
 260 poena placet diuersa, genus mortale sub undis
 perdere et ex omni nimbo demittere caelo.
 protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris
 et quaecumque fugant inductas flamina nubes,
 emittitque Notum. madidis Notus euolat alis,
 265 terribilem picea tectus caligine uultum;
 barba grauis nimbis, canis fluit unda capillis,
 fronte sedent nebulae, rorant pennaque sinusque.
 utque manu late pendentia nubila pressit,
 fit fragor; hinc densi funduntur ab aethere nimbi.

256-303. HMNU BF⁴GLP

255. *longusque* (cf. Verg. Geor. III 223): *totusque* N^{4v} F^{4c}GLP 256. *redit* N¹
 258. *moles*: *proles* HM¹ N¹ B¹ G¹ | *operosa*: *obsessa* HM¹N¹ B¹G¹ 269. *hinc*
 MN: et Ω

Sembra un patto giurato di crimini. Su, presto: che scontino tutti
 (per me, la sentenza è fissata) secondo quello che meritano».

C'è chi appoggia a voce il discorso di Giove,
 245 spronandone ancora lo sdegno; e c'è chi consente per dovere.
 Ma a tutti fa male la rovina del genere umano:
 dove andrà la bellezza, si chiedono, della terra senza i mortali,
 chi verrà a portare l'incenso sugli altari? Che ordina Giove:
 di consegnare la terra alle belve, perché la devastino?
 250 Risponde, il re dei Celesti, che s'impegna a pensare a ogni cosa;
 respinge i timori; promette che nascerà per prodigio
 una specie diversa dal popolo più antico.

Così, si prepara a lanciare su tutte le terre i suoi fulmini:
 solo, ha paura che l'etere sacro possa avvampare di fiamme
 255 con tanti fuochi, che bruci l'asse lunghissimo.
 Inoltre, ricorda, verrà, secondo gli oracoli, l'epoca
 in cui mare e terra arderanno, e le regge del cielo
 saranno invase dal fuoco e la struttura elaborata del mondo ne
 [soffrirà.
 Depone le frecce, lavoro dei Ciclopi,
 260 e pensa a una pena diversa: mandare a morire nei flutti
 il genere umano, lasciando scrosciare uragani per tutto il cielo.
 E all'istante rinchiude Aquilone negli antri d'Eolo,
 e ogni vento che scacci gli ammassi delle nuvole,
 e fa uscire Noto. Sulle ali grondanti Noto s'invola,
 265 col volto tremendo coperto da una nebbia di pece,
 e la barba pesante di pioggia: cola l'acqua dai bianchi capelli,
 le foschie gli si fermano in fronte, le ali e la veste gli grondano.
 Basta che stringa nel pugno le nubi, sospese dovunque,
 ed esplose un fracasso: dall'alto dell'etere scrosciano uragani
 [violenti.

- 270 nuntia Iunonis uarios induta colores
 concipit Iris aquas alimenta^{que} nubibus adfert;
 sternuntur segetes et deplorata colonis
 uota iacent, longique perit labor inritus anni.
 nec caelo contenta suo est Iouis ira, sed illum
 275 caeruleus frater iuuat auxiliari^{bus} undis.
 conuocat hic amnes; qui postquam tecta tyranni
 intrauere sui, «non est hortamine longo
 nunc» ait «utendum. uires effundite uestras
 (sic opus est), aperite domos ac mole remota
 280 fluminibus uestris totas immittite habenas».
 iusserat; hi redeunt ac fontibus ora relaxant
 et defrenato uoluuntur in aequora cursu.
 ipse tridente suo terram percussit; at illa
 intremuit motu^{que} uias patefecit aquarum.
 285 exspatiata ruunt per apertos flumina campos
 cumque satis arbusta simul pecudesque uirosque
 tecta^{que} cumque suis rapiunt penetralia sacris.
 si qua domus mansit potuitque resistere tanto
 indeiecta malo, culmen tamen altior huius
 290 unda tegit pressaeque latent sub gurgite turres.
 iamque mare et tellus nullum discrimen habebant;
 omnia pontus erat, decerant quoque litora ponto.
 occupat hic collem, cumba sedet alter adunca
 et ducit remos illic ubi nuper ararat;
 295 ille supra segetes aut mersae culmina uillae
 nauigat, hic summa piscem deprendit in ulmo;
 figitur in uiridi, si fors tulit, ancora prato,
 aut subiecta terunt curuae uineta carinae;

272-3. 285. 290. 292. 304. carptim et turbato ordine citat Sen. Nat. quaest. III 27. 13-28, 2 272. colonis Ω, Seneca: -ni HN^{ac} BG 290. latent: labant codd. Senecae fere omnes 292. erat Ω, codd. Senecae fere omnes (cf. XV 529): erant M B^{2c} 294. arabat (N^{ac}) e (-abant) χ 298. terunt (M^{ac}) N¹ U L^{iv} P: teg- Ω

- 170 Vestita di molti colori, Iride, la messaggera
 di Giunone, raccoglie gli umori e li porta a nutrire le nuvole.
 Sono abbattute le messi, e i contadini le piangono,
 a terra le loro speranze: va in rovina la vana fatica di un lungo anno.
 E non basta, alla rabbia di Giove, il suo cielo:
 175 ma l'appoggia il fratello ceruleo, che chiama le onde in aiuto.
 Convoca i fiumi e gli dice, quando giungono a casa
 del despota: «Non serve una lunga orazione.
 Dovrete spiegare le forze:
 aprite le vostre dimore, rompete le dighe
 180 e lanciate a briglia sciolta i torrenti».
 Sentito l'ordine, tornano e allentano il morso alle fonti:
 in corsa sfrenata si buttano in mare.
 Ma il dio ha battuto per terra il tridente;
 la terra ha tremato, e scuotendosi ha aperto il cammino alle acque.
 185 Straripano i fiumi e s'avventano in piena campagna:
 travolgono messi e arbusti, le greggi, la gente,
 le case coi loro santuari. Se pure una casa è rimasta,
 riuscendo a resistere senza crollare all'immane disastro,
 l'acqua, più alta di lei, le copre il tetto,
 190 e l'assalto dei flutti nasconde le torri.
 Non c'è più confine fra il mare e la terra:
 è oceano ogni cosa, e perfino l'oceano si sente mancare le sponde.
 Qualcuno è salito su un colle; un altro è seduto a remare,
 su una barchetta ricurva, là dove ha arato da poco.
 195 C'è chi naviga sopra le messi o sul tetto di casa
 sott'acqua; c'è chi prende un pesce su un olmo.
 Se capita, gettano l'ancora nel verde di un prato;
 le curve carene dilaniano col peso le vigne;

et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,
 300 nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.
 mirantur sub aqua lucos urbesque domosque
 Nereides, siluasque tenent delphines et altis
 incursant ramis agitataque robora pulsant.
 nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones,
 305 unda uehit tigres; nec uires fulminis apro,
 crura nec ablato prosunt uelocia ceruo;
 quaesitisque diu terris ubi sistere possit,
 in mare lassatis uolucris uaga decidit alis.
 obruerat tumulos immensa licentia ponti
 310 pulsabantque noui montana cacumina fluctus.
 maxima pars unda rapitur; quibus unda pepercit,
 illos longa domant inopi ieiunia uictu.

Separat Aonios Oetaeis Phocis ab aruis,
 terra ferax dum terra fuit, sed tempore in illo
 315 pars maris et latus subitarum campus aquarum.
 mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus,
 nomine Parnasos, superantque cacumina nubes.
 hic ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor)
 cum consorte tori parua rate uectus adhaesit,
 320 Corycidas nymphas et numina montis adorant
 fatidicamque Themis, quae tunc oracla tenebat.
 non illo melior quisquam nec amantior aequi
 uir fuit aut illa metuentior ulla deorum.
 Iuppiter, ut liquidis stagnare paludibus orbem

304-9. Bern HMNU BF³GLP310-412. HMNU BF³GLP

299. *qua* U^c B^{1v} F⁴ G: *quo* Ω 304-9. exstant in Bern 304-5. *fuluos ... tigres*
 om. HM^{ac}(N^{ac}); habet Bern, sed ordine turbato (*nat ... oues nec uires f. apro / unda*
u. tigres, fuluos ... leones) 313. *Oetaeis* Delrius ad Sen. Herc. fur. 1164: *act-*
 Ω 316. *petit* (st. H): *ferit* schol. Luc. III 173 in cod. Bern. 370 (saec. IX)
 317. *superantque cacumina* MN: *-atque -mine* HU^c Σ

dove or ora brucavano l'erba le capre sottili
 300 oggi posano il corpo deforme le foche.
 Sott'acqua, stupite, contemplanò boschi, città e case
 le Nereidi, e i delfini hanno invaso le selve, si avventano
 in cima ai rami, rimbalsano contro le querce e le squassano.
 Fra le pecore nuotano i lupi, l'onda porta i fulvi leoni,
 305 l'onda porta le tigri; non servono al cinghiale la forza del fulmine,
 al cervo travolto le zampe veloci; l'uccello ramingo,
 che a lungo ha cercato una terra dove fermarsi,
 precipita in acqua, una volta spossate le ali.
 L'arbitrio sfrenato del mare ha sepolto le alture:
 310 ondate mai viste tempestano i picchi dei monti.
 L'acqua trascina moltissimi; su quelli a cui l'acqua perdona
 ma manca ogni cibo, il lungo digiuno ha la meglio.
 Divide dai campi Etei gli Aoni la Focide:
 una fertile terra, fin quando era terra, ma all'epoca
 315 un braccio di mare, una piana vastissima di acque inattese.
 Vi sorge un monte scosceso, che leva due vette alle stelle:
 si chiama Parnaso, e sovrastano le cime le nuvole.
 Qui Deucalione (nient'altro lasciava scoperto l'oceano)
 sbarcò da una piccola zattera insieme alla moglie:
 320 si prosternano alle ninfe Coricie, ai numi dei monti,
 a Temi profetica, all'epoca custode degli oracoli.
 Non esisteva a quel tempo un uomo migliore di lui,
 né più amante del giusto, o una donna che più temesse gli dèi.
 Ma quando vide il mondo allagato da chiare paludi,

- 325 et superesse uirum de tot modo milibus unum
 et superesse uidet de tot modo milibus unam,
 innocuos ambo, cultores numinis ambo,
 nubila disiecit nimbisque Aquilone remotis
 et caelo terras ostendit et aethera terris.
- 330 nec maris ira manet positoque tricuspide telo
 mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum
 exstantem atque umeros innato murice tectum
 caeruleum Tritona uocat conchaeque sonanti
 inspirare iubet fluctusque et flumina signo
- 335 iam reuocare dato. caua bucina sumitur illi,
 tortilis in latum quae turbine crescit ab imo,
 bucina quae, medio concepit ubi aera ponto,
 litora uoce replet sub utroque iacentia Phoebo.
 tum quoque, ut ora dei madida rorantia barba
- 340 contigit et cecinit iussos inflata receptus,
 omnibus audita est telluris et aequoris undis
 et quibus est undis audita coercuit omnes.
 iam mare litus habet, plenos capit alueus amnes,
 flumina subsidunt collesque exire uidentur,
- 345 surgit humus, crescunt iuga decrescentibus undis;
 postque diem longam nudata cacumina siluae
 ostendunt limumque tenent in fronde relictum.
- Redditus orbis erat; quem postquam uidit inanem
 et desolatas agere alta silentia terras,
- 350 Deucalion lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis:
 «o soror, o coniunx, o femina sola superstes,
 quam commune mihi genus et patruelis origo,

325. uirum: uidet N^{2c} U B^{2v} 332. tectum: tinctum φ (coni. Bentley) 333.
 conch(a)equae H L^{ac}: -aque Ω 340. receptus H(M^{ac}) (G^{ac}): recessus Ω 344.
 secl. Riese, Tarrant (ante 343 posuit Merkel) | colles (om. -que) ce χ (Heinsius)
 345. iuga Slater (prob. Watt 1999, coll. Sil. I 274): loca Ω: sola Heinsius, Housman
 1890

- 325 e solo un uomo rimasto di tante migliaia,
 e solo una donna rimasta di tante migliaia,
 l'uno e l'altra innocenti, l'uno e l'altra devoti agli dèi, Giove
 fece a brandelli le nuvole, e con l'Aquilone scacciò gli uragani.
 Al cielo fa vedere la terra e l'etere alla terra.
- 330 Non dura, la rabbia del mare; posa la lancia tricuspide,
 il re dell'oceano, placa le acque e fa emergere, chiamandolo,
 sopra gli abissi, l'azzurro Tritone, le spalle coperte
 di concrezioni di murici; gli ordina di soffiare
 nella conchiglia sonora per dare finalmente ai flutti e ai fiumi
- 335 il segnale di ritirarsi. Tritone afferra la concava tromba,
 la tromba ritorta che cresce a spirale e dal basso s'allarga,
 e, appena animata dal fiato là in mezzo all'oceano,
 empie di musica i lidi sotto il primo e l'ultimo Febo.
 Bastò che toccasse le labbra bagnate del dio
- 340 sotto la barba grondante, e cantasse a gran voce
 l'ordine di ritirata, perché l'ascoltasse ogni flutto
 per terra e per mare e frenasse ogni flutto in ascolto.
 Il mare ritrova le rive, rientrano gonfi nel letto
 i fiumi, le acque si abbassano, si vedono colli che spuntano;
- 345 la terra s'innalza e più calano i flutti più crescono i dossi
 e dopo un giorno lunghissimo, i boschi mettono a nudo
 le cime e il fango rimasto attaccato alle foglie.
- Il mondo è tornato. Ma appena Deucalione lo vide deserto
 e abbandonate le terre a un silenzio profondo,
- 350 gli vengono agli occhi le lacrime, e così parla a Pirra:
 «Sorella, moglie, che ormai sei l'unica donna superstite,
 cui mi lega una stessa famiglia, il rapporto fraterno dei padri,

deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt,
 terrarum, quascumque uident occasus et ortus,
 355 nos duo turba sumus; possedit cetera pontus.
 haec quoque adhuc uitae non est fiducia nostrae
 certa satis; terrent etiamnum nubila mentem.
 quis tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
 nunc animus, miseranda, foret? quo sola timorem
 360 ferre modo posses? quo consolante doleres?
 namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet,
 te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.
 o utinam possim populos reparare paternis
 artibus atque animas formatae infundere terrae!
 365 nunc genus in nobis restat mortale duobus
 (sic uisum superis) hominumque exempla manemus».

Dixerat, et flebant. placuit caeleste precari
 numen et auxilium per sacras quaerere sortes.
 nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas,
 370 ut nondum liquidas, sic iam uada nota secantes.
 inde ubi libatos inrorauere liquores
 uestibus et capiti, flectunt uestigia sanctae
 ad delubra deae, quorum fastigia turpi
 pallebant musco stabantque sine ignibus arae.
 375 ut templi tetigere gradus, procumbit uterque
 pronus humi gelidoque pauens dedit oscula saxo;
 atque ita «si precibus» dixerunt «numina iustis
 uicta remollescunt, si flectitur ira deorum,
 dic, Themis, qua generis damnum reparabile nostri
 380 arte sit et mersis fer opem, mitissima, rebus».
 mota dea est sortemque dedit: «discedite templo

360. *doleres* M^{2c} M^{2v} NU B¹⁷ P^c: *dolores* HM^{ac} B^{c2} GL (P^{ac}): *dolorem* F⁴ 361.
quoque modo N⁴ (qua manu n. l.) U 363. *possim* HM^{1c2}N: *-em* Ω 366. *uisum est* M^{1a} L 370. *ut* (H^{ac}) (M^{ac}) (N^{ac}) G: *et* Ω (*iam* B^c, *sed* F⁴ L) | *sic* (H^{ac}?)
 (M^{ac}) N^{ac} (U^{ac}): *sed* Ω

poi il matrimonio, e mi legano adesso le prove subite,
 tutte le terre che guardano a occidente e a oriente
 355 siamo noi due a popolarle; gli altri se li è presi il mare.
 Perfino la vita che abbiamo, non possiamo ancora fidarcene
 con certezza; anche ora, le nuvole ci gettano il panico in cuore.
 Che proveresti, adesso, a trovarti strappata al destino
 senza di me, disgraziata? In che modo potresti, da sola,
 360 sopportare il terrore? Un conforto al dolore, a chi andresti a

[richiederlo?

Quanto a me, credi pure, se il mare si fosse preso anche te
 ti seguirei, moglie, e il mare si prenderebbe anche me.
 Ah, se potessi, con l'arte di mio padre, rimettere in piedi <
 le genti, plasmare la terra e soffiarci le anime dentro!
 365 Adesso il genere umano dipende soltanto da noi;
 così hanno voluto i Celesti: restiamo a campione degli uomini.
 Così disse: e piangevano. Scelsero d'invocare i poteri celesti,
 consultando gli oracoli sacri per averne un soccorso.
 Senza indugio, si mettono insieme per via verso le onde del Cefiso,
 370 non limpide ancora, ma tornate a solcare il solito letto.
 Qui attingono l'acqua e ne spruzzano il capo e le vesti,
 volgendo poi i passi al santuario della gran dea, dai frontoni
 macchiati di lurido muschio: gli altari spogli di fuoco,
 ma ancora in piedi. Raggiunti i gradini del tempio,
 375 lui e lei si prosternano, la faccia a terra e tremanti;
 baciaron la pietra gelata e dissero: «Se le preghiere
 dei giusti sono capaci di conquistare gli dèi
 e intenerirli, se possono stornare l'ira divina,
 rivelaci, Temi dolcissima, il mezzo per compensare
 380 la morte del genere umano, soccorri il mondo sommerso!».
 La dea si commosse, e concesse un responso: «Uscite dal tempio,

et uelate caput cinctasque resolute uestes
 ossaque post tergum magnae iactate parentis».
 obstipuerunt diu rumpitque silentia uoce
 385 Pyrrha prior iussisque deae parere recusat
 detque sibi ueniam pauido rogat ore timetque
 laedere iactatis maternas ossibus umbras.
 interea repetunt caecisque obscura latebris
 uerba datae sortis secum inter seque uolutant.
 390 inde Promethides placidis Epimethida dictis
 mulcet et «aut fallax» ait «est sollertia nobis
 aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent.
 magna parens terra est; lapides in corpore terrae
 ossa reor dici; iacere hos post terga iubemur».
 395 coniugis augurio quamquam Titania mota est,
 spes tamen in dubio est; adeo caelestibus ambo
 diffidunt monitis. sed quid temptare nocebit?
 discedunt uelantque caput tunicasque recingunt
 et iussos lapides sua post uestigia mittunt.
 400 saxa (quis hoc credat nisi sit pro teste uetustas?)
 ponere duritiam coepere suumque rigorem
 mollirique mora mollitaque ducere formam.
 mox ubi creuerunt naturaque mitior illis
 contigit, ut quaedam, sic non manifesta, uideri
 405 forma potest hominis, sed uti de marmore coepta,
 non exacta satis rudibusque simillima signis.
 quae tamen ex illis aliquo pars umida suco
 et terrena fuit, uersa est in corporis usum;
 quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa;

384. *rumpitque* HMN^{ac} F⁴: *rupitque* N^c U Σ 386. *pauido*: *timido* ο ψ (Heinsius)
 | *timetque* χ (cf. II 66): *pauetque* Ω: *cauetque* Gronovius: *pigetque* Shackleton Bailey
 1981 388. *c(a)ecisque* H L(P^{ac}): *c(a)ecis* Ω 389. *dat(a)e: de(a)e* HM(N^{ac})
 (U^{ac}): *uerba deae, sortis* dist. Magnus 390. *inde* U(S) F^{4c} P, Priscianus II 37:
binc Ω 397. *nocebat* HNU L^{ac} P 398. *descendunt* M P^{ac}

velatevi il capo e sciogliete la cinta degli abiti;
 le ossa della gran madre, buttatele dietro le spalle».
 Restarono a lungo smarriti: la prima a spezzare il silenzio
 385 è Pirra: rifiuta, dichiara, di mettere in atto il comando,
 implora, con labbra tremanti, perdono: le manca il coraggio
 di oltraggiare lo spettro materno buttandone in giro le ossa.
 Ma dentro di loro ritornano al responso sentito, e fra loro
 rimuginano quelle sentenze, oscure di occulti segreti.
 390 Finché, per assicurare la figlia di Epimeteo, il figlio di Prometeo
 pronuncia frasi di conforto: «O la ragione mi inganna,
 o il responso rispetta la devozione filiale, e non vuole invitarci a
 [un crimine.
 La grande madre è la terra; la terra ha un corpo, e suppongo che
 [i sassi si possano dirne le ossa.
 Secondo il comando, questi dobbiamo buttarci dietro le spalle».
 395 Sebbene l'abbia colpita la profezia del marito,
 la figlia del Titano ha ancora paura a sperare: a tal punto diffidano
 i due dei comandi celesti. Ma a fare una prova, rischio non c'è.
 Si allontanano, si velano il capo, si sciogliono la tunica e,
 seguendo il comando, man mano che procedono si buttano dietro
 400 E i sassi (chi lo crederebbe, se ad attestarli non fosse [dei sassi.
 la tradizione?) perdettero via via la durezza e il rigore,
 si fecero molli col tempo e assunsero, molli, una forma.
 Quindi, una volta ingrossatisi e presa un'essenza più docile,
 comincia a potervisi scorgere una sorta di immagine umana,
 405 ancora non chiara: li diresti abbozzati nel marmo,
 piuttosto imprecisi e assai somiglianti a rozze sculture.
 La parte dei sassi impregnata di qualche umore
 e di terra si muta in materia corporea,
 la parte inflessibile e solida si cambia in ossa:

- 410 quae modo uena fuit, sub eodem nomine mansit;
 inque breui spatio superiorum numine saxa
 missa uiri manibus faciem traxere uirorum
 et de femineo reparata est femina iactu.
 inde genus durum sumus experiensque laborum,
 415 et documenta damus qua simus origine nati.
 Cetera diuersis tellus animalia formis
 sponte sua peperit, postquam uetus umor ab igne
 percaluit solis caenumque udaeque paludes
 intumuere aestu fecundaque semina rerum,
 420 uiuaci nutrita solo ceu matris in aluo,
 creuerunt faciemque aliquam cepere morando.
 sic, ubi deseruit madidos septemfluus agros
 Nilus et antiquo sua flumina reddidit alueo
 aetherioque recens exarsit sidere limus,
 425 plurima cultores uersis animalia glaebis
 inueniunt; et in his quaedam perfecta per ipsum
 nascendi spatium, quaedam modo coepta suisque
 trunca uident numeris, et eodem in corpore saepe
 altera pars uiuit, rudis est pars altera tellus.
 430 quippe ubi temperiem sumpsere umorque calorque,
 concipiunt et ab his oriuntur cuncta duobus;
 cumque sit ignis aquae pugnax, uapor umidus omnes
 res creat et discors concordia fetibus apta est.
 ergo ubi diluuium tellus lutulenta recenti
 435 solibus aetheriis altoque recanduit aestu,

413-45. HMNU² BF⁴GLP

412. *uirorum*: *uirilem* χ 413-70. def. U¹ folio amisso, suppl. U² 414. *unde*
 "Probi" comm. in Verg. Geor. I 63 426-7. *perfecta* ... *modo coepta* van
 Leeuwen (apud Hartman), coll. Diod. I 10, 7 (*imperfecta* ... *modo c.* von Winterfeld
 teste Magno, coll. Pomp. Mel. I 9, 52): *modo c(o)epa* ... *imperfecta* Ω, Lact. Plac. in
 Stat. Theb. IV 704 (*modo* ... *qu(a)edam* om. H^{ac} M^{ac} N^{ac}, *coepta*: *nata* M^{2c} U^{2c} B^{2v} G^v
 P) 428. *numeris* M^{2v} F^{4P}: *hum-* Ω

- 410 le vene di prima conservano il nome;
 così, per volere celeste, in breve tempo le pietre
 gettate dal pugno dell'uomo assunsero aspetto di uomini
 e rinacque la donna da quelle che ha lanciato la donna.
 Perciò siamo duri di razza e rotti ai disagi:
 415 forniamo le prove del ceppo da cui siamo nati.
 Tutti gli altri viventi, in forme diverse, la terra
 li partorì senza aiuto, una volta scaldati dal fuoco del sole
 i resti del liquido, e gonfiate dal calore le molli paludi
 e il fango, e i germi fecondi del tutto, nutriti, a sembianza
 420 di un utero materno, da una terra vitale, sbocciarono
 e assunsero forme, col tempo, di questo o di quello.
 Così, ogni volta che lascia i campi fradici il Nilo
 a sette foci e riporta i flutti nel letto di un tempo,
 e il fango fresco è bruciato dall'astro del cielo,
 425 i contadini che vengono a voltare le zolle vi scoprono
 moltissime cose viventi, qualcuna già perfezionata
 nell'atto stesso di nascere, qualcuna abbozzata e in difetto
 degli organi, e spesso in un'unica massa una parte è vivente
 e un'altra è terra incoerente. Infatti, l'umore e il calore
 430 mischiati germogliano, e nascono da questi due
 tutti gli esseri: benché sia nemico dell'acqua il fuoco,
 l'aria umida e calda genera tutte le cose:
 è una discordia concorde che favorisce gli embrioni.
 Così, non appena rovente la terra infangata di fresco dal diluio,
 435 del sole per l'etere e dell'arsura dall'alto,

edidit innumeras species partimque figuras
 rettulit antiquas, partim noua monstra creauit.
 illa quidem nollet, sed te quoque, maxime Python,
 tum genuit populisque nouis incognita serpens
 440 terror eras; tantum spatii de monte tenebas.
 hunc deus arquitebens, numquam letalibus armis
 ante nisi in damnis capreisque fugacibus usus,
 mille grauem telis, exhausta paene pharetra,
 perdidit effuso per uulnera nigra ueneno.
 445 neue operis famam possit delere uetustas,
 instituit sacros celebri certamine ludos,
 Pythia perdomitae serpentis nomine dictos.
 hic iuuenum quicumque manu pedibusue rotaue
 uicerat aesculeae capiebat frondis honorem.
 450 nondum laurus erat longoque decentia crine
 tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.
 Primus amor Phoebe Daphne Peneia, quem non
 fors ignara dedit, sed saeua Cupidinis ira.
 Delius hunc, nuper uicta serpente superbus,
 455 uiderat adducto flectentem cornua neruo
 «quid»que «tibi, lasciue puer, cum fortibus armis?»
 dixerat; «ista decent umeros gestamina nostros,
 qui dare certa ferae, dare uulnera possumus hosti,
 qui modo pestifero tot iugera uentre prementem
 460 strauimus innumeris tumidum Pythona sagittis.
 tu face nescioquos esto contentus amores

446-70. HMNU² BFGLP

439. *incognita* (J)N^{3a} BL^{ct}: -te Ω, prob. Hill 1983, cf. 441, 447, 454 441. *banc*
 L^{2c} gn (Heinsius) | *numquam letalibus* Housman 1890: *et n. talibus* Ω 443.
grauis (scil. *pharetra*) (N^{ac}) (B^{ac}) (Heinsius) 445. *possit* MN^{ac} B: -et Ω 446.
 incipit F¹ 447. *perdomitae: de d.* NU² (Heinsius): *perdomiti* G 448. *pedi-*
busue N^{2c}U² Σ: -que Δ F 452. *quem: quam* HM^{ac} B^{ac} FL 454. *uicta* HN
 BF^{ac} L^c: *uicto* MU² GF^c L^{ac} P 461. *Amores* Slater, coll. X 516

produsse specie infinite: in parte rifece le fogge di un tempo,
 in parte inventava nuove e bizzarre creature.
 In realtà, non avrebbe voluto, ma generò pure te, gigantesco Pitone,
 serpente mai visto, terrore dei popoli nati da poco
 440 col tuo dominio su immense regioni montane.
 Ma il dio dell'arco, che l'arma mortale fin lì non l'aveva saggia
 se non a troncane la fuga di daini e caprioli,
 gli tirò addosso, svuotando la faretra, un migliaio di frecce
 fino ad ammazzarlo: e versavano veleno, le nere ferite.
 445 Perché non potesse offuscare il tempo l'impresa gloriosa,
 istituì giochi sacri in forma di gare grandiose
 che chiamò Pitiche, in nome del serpe che aveva abbattuto.
 E lì riceveva l'onore di una ghirlanda di quercia
 il giovane primo alla lotta, alla corsa, alla gara dei carri.
 450 Non esisteva l'alloro; Febo usava una fronda qualunque
 per cingerne i lunghi capelli in giro alla splendida fronte.
 Il primo amore di Febo, Dafne, la figlia del Peneo,
 non era stata un regalo del caso incosciente, ma del rancore crudele
 di Cupido. L'aveva intravisto, il dio di Delo, orgoglioso della
 [fresca vittoria
 455 sul Serpe, curvare le corna dell'arco tendendo la corda,
 e: «Che ne fai, ragazzaccio, di un'arma da adulto?»
 gli aveva detto. «È un gingillo che meglio sta alla mia spalla:
 io so assegnare a una bestia, a un nemico ferite infallibili
 e ho appena steso Pitone, che copriva col ventre pestifero
 460 acri e acri, rigonfio, con innumerevoli frecce.
 Contentati di attizzare non so che razza di amori

inritare tua, nec laudes adsere nostras». filius huic Veneris «figat tuus omnia, Phoebe, te meus arcus» ait, «quantoque animalia cedunt
 465 cuncta deo, tanto minor est tua gloria nostra. dixit et eliso percussis aere pennis impiger umbrosa Parnasi constitit arce, eque sagittifera prompsit duo tela pharetra diuersorum operum; fugat hoc, facit illud amorem.
 470 (quod facit auratum est et cuspidate fulget acuta; quod fugat obtusum est et habet sub harundine plumbum.) hoc deus in nympha Peneide fixit, at illo laesit Apollineas traiecta per ossa medullas.

Protinus alter amat, fugit altera nomen amantis,
 475 siluarum latebris captiuarumque ferarum exuuiis gaudens innuptaeque aemula Phoebes. [uita coercebat positos sine lege capillos.] multi illam petiere, illa auersata petentes impatiens expersque uiri nemora auia lustrat,
 480 nec quid Hymen, quid amor, quid sint conubia curat. saepe pater dixit «generum mihi, filia, debes»; saepe pater dixit «debes mihi, nata, nepotes. illa uelut crimen taedas exosa iugales pulchra uerecundo suffunditur ora rubore,
 485 inque patris blandis haerens ceruice lacertis «da mihi perpetua, genitor carissime» dixit, «uirginitate frui; dedit hoc pater ante Dianae». ille quidem obsequitur, sed te decor iste quod optas

471-772. HMNU BFGLP

462. *inritare* M^v N¹ U² B^{2v} L^v P; *indagare* M¹; *indignare* H¹ G; *inuitare* H^{1v} B¹ L¹; *inflammare* F^{2c} q; 468. *eque. atque* H Σ¹ 477. *recte seclusit* Tarrant 1982 (om. HM^{sc} N^{sc}), cf. II 412-3 478. *aduersata* NU B^{2v} P 481. om. M^{sc} N^{sc} U^{sc} 484. *suffunditur* B¹ G; *suffundit* H (cf. X 360): *su(b)/fuderat* Δ F^{2c} L^{3m}; *suffundens* U^{2c} B^{2v} L¹ P 485. *inque patris: et patria* Kovacs

con la tua fiaccola, e non arrogarti il mio vanto.»
 E il figlio di Venere: «Febo, trafigga pure il tuo arco il mondo intero, ma il mio colpirà te», gli rispose.
 465 «Di tanto quanto i viventi stanno al di sotto di un dio la tua gloria è inferiore alla mia.» Batté poi le ali fendendo l'aria [veloce,
 andò a porsi sul picco ombreggiato del Parnaso, e qui tirò fuori, dalla faretra piena di frecce, due dardi < di effetto contrario; uno scaccia, uno induce l'amore.
 470 È d'oro, la freccia che induce, e ha una punta affilata, lucente; è smussata, la freccia che scaccia, e sotto la canna è di piombo. Con questa il dio trafisse la ninfa, la figlia del Peneo; con l'altra ferì, trapassandogli le ossa, Apollo al midollo.
 E subito lui s'innamora; lei fugge anche il nome di amante;
 475 non cerca che il folto dei boschi e le pelli strappate alle bestie che ha preso, seguendo l'esempio di Febe, nemica alle nozze. [un nastro le stringe i capelli, lasciati in disordine]. In molti l'hanno pretesa; ma lei, i pretendenti, li sprezza; insofferente degli uomini e libera, va a rifugiarsi nei boschi deserti:
 480 che siano Imene, l'amore, le nozze, non vuole saperlo. Suo padre ripete: «Da te voglio un genero, figlia». Suo padre ripete: «Voglio da te dei nipoti». Ma lei, che aborrisce le fiaccole nuziali come un delitto, ogni volta arrossisce di vergogna nel volto bellissimo
 485 e, buttando le braccia supplichevoli al collo del padre, «Concedimi, padre amatissimo», diceva, «che io goda in eterno la verginità, come a Diana l'ha concesso un tempo suo padre». Per lui, consente; ma è proprio la tua bellezza a impedirli

esse uetat, uotoque tuo tua forma repugnat.
 490 Phoebus amat uisaeque cupit conubia Daphnes,
 quodque cupit sperat suaque illum oracula fallunt.
 utque leues stipulae demptis adolentur aristis,
 ut facibus saepes ardent, quas forte uiator
 uel nimis admouit uel iam sub luce reliquit,
 495 sic deus in flammis abiit, sic pectore toto
 uritur et sterilem sperando nutrit amorem.
 spectat inornatos collo pendere capillos,
 et «quid si comantur?» ait; uidet igne micantes
 sideribus similes oculos; uidet oscula, quae non
 500 est uidisse satis; laudat digitosque manusque
 brachiaque et nudos media plus parte lacertos;
 si qua latent, meliora putat. fugit ocior aura
 illa leui neque ad haec reuocantis uerba resistit:
 «nympha, precor, Penei, mane! non insequor hostis;
 505 nympha, mane! sic agna lupum, sic cerua leonem,
 sic aquilam penna fugiunt trepidante columbae,
 hostes quaeque suos; amor est mihi causa sequendi.
 me miserum, ne prona cadas indignaue laedi
 crura notent sentes, et sim tibi causa doloris!
 510 aspera qua properas loca sunt. moderatius, oro,
 curre fugamque inhiibe; moderatius insequar ipse.
 cui placeas inquire tamen; non incola montis,
 non ego sum pastor, non hic armenta gregesque
 horridus obseruo. nescis, temeraria, nescis
 515 quem fugias, ideoque fugis. mihi Delphica tellus
 et Claros et Tenedos Pataraeque regia seruit;
 Iuppiter est genitor; per me quod eritque fuitque
 estque patet; per me concordant carmina neruis.

491. *queque* P
 nus VIII 3, 47
 518. *neruis: uerbis* HM F

498. *comerentur* H B^{ac} GL
 504. *penei* M^{ac} v; *peneia* Ω

502. *si qua: quaeque* Quintilia-
 509. *notent: sec.* U^{2c} GL^{1v}

di fare quello che vuoi: la tua grazia si oppone al tuo voto.
 490 Febo ama: smania di unirsi a Dafne da quando l'ha vista,
 e spera in ciò per cui smania; lo inganna il suo dono profetico.
 E come, mietute le spighe, si dà fuoco alle stoppie leggere,
 come brucia una siepe se capita di accostarvi troppo la torcia
 a un passante, o buttarla da parte, una volta spuntato il mattino,
 495 così il dio va in fiamme, così tutto il cuore gli avvampa
 e nutre il suo sterile amore di speranze.
 Le guarda i capelli scendere, trascurati, giù per il collo e si dice:
 «Che capelli, a curarli!». Le vede risplendere un fuoco
 negli occhi, simili a stelle, le vede la bocca;
 500 ma vedere non basta. Le ammira le dita e le mani,
 i polsi e le braccia, nude oltre il gomito; i punti nascosti
 li immagina ancora più belli. Più lesta dell'aria leggera,
 lei fugge, e non vuole arrestarsi se lui la richiama:
 «Ninfa, ti supplico, figlia del Peneo, ferma il passo. A inseguirti
 [non è un nemico.
 505 Fermati, ninfa! A scappare così è l'agnella dal lupo,
 la cerva dal leone, con ali tremanti le colombe dall'aquila,
 ognuna dal proprio nemico. Io t'inseguo, infelice che sono,
 per forza d'amore. Purché tu non cada in avanti, purché non ti
 [graffino
 i rovi le gambe innocenti; purché io non ti sia una ragione di pena!
 510 Ti avventi per luoghi selvaggi: ti prego, rallenta la corsa,
 frena la fuga; anche io ti verrò dietro più lento.
 Ma devi sapere chi è a volerti: io non vivo in montagna,
 non sono un rozzo pastore, non capito qui a pascolare
 un gregge o un armento. Non sai, pazza, non sai da chi fuggi: <
 515 per questo mi fuggi. Ai miei ordini stanno il paese di Delfi,
 Claro e Tenedo e il regno di Patara: Giove è mio padre;
 è compito mio rivelare che avverrà, che è avvenuto, che avviene;
 è compito mio concertare il canto e le corde.

certa quidem nostra est, nostra tamen una sagitta
 520 certior, in uacuo quae uulnera pectore fecit.
 inuentum medicina meum est opiferque per orbem
 dicor et herbarum subiecta potentia nobis.
 ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis,
 nec prosunt domino quae prosunt omnibus artes!».

525 Plura locuturum timido Peneia cursu
 fugit cumque ipso uerba imperfecta reliquit,
 tum quoque uisa decens. nudabant corpora uenti,
 obuiaque aduersas uibrabant flamina uestes,
 et leuis impulsos retro dabat aura capillos;
 530 aucta fuga forma est. sed enim non sustinet ultra
 perdere blanditias iuuenis deus, utque monebat
 ipse Amor, admissio sequitur uestigia passu.
 ut canis in uacuo leporem cum Gallicus aruo
 uidit, et hic praedam pedibus petit, ille salutem,
 535 alter inhaesuro similis iam iamque tenere
 sperat et extento stringit uestigia rostro,
 alter in ambiguo est an sit comprehensus et ipsis
 morsibus eripitur tangentiisque ora relinquit;
 sic deus et uirgo est, hic spe celer, illa timore.
 540 qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris
 ocior est requiemque negat tergoque fugacis
 imminet et crinem sparsum ceruicibus adflat.
 uiribus absumptis expalluit illa citaeque
 [uicta labore fugae «Tellus» ait, «hisce, uel istam,

519. quidem M^{2c} B^{2v} F^{2c} LP: tamen HM^{ac} G: licet M^{3m} NU B^{2c} 530. aucta fuga
 forma B^{3v} L^{2c} P: aucta uia forma H L^{ac}: auctaque forma fuga MN(S)U edd.: aucta deo
 forma G: a. d. flamma B^{2c} 531. mouebat l (ut uid.) χ (Heinsius) 532.
 Amor edd. uett. (sim. 540 infra) 539. sic dist. codd. fere omnes: post uirgo
 edd. recc. 544 sqq. mirifice uariant codd.: 544 545 546 H: 544 (ut uid.) 547
 M^{ac} (544a M^{2c}, 546 545 add. M^{4m}): 544 545 (N^{ac}): 544a 546 547a [= qua n. p. tellus
 ... istam] 545 N^{4c} BG: 544a 547a 546 545 FP: 544 545 547b [= qua n. p. spectansque
 p. u.] 546 L: 544a 547a 545 546 U 544-5. non interpretatur "Lactantius", del.
 Magnus; duplicem quandam recensionem ipsius poetae agnoscunt plerique; Mur-

La mia freccia va a segno, ma un'altra va più infallibile a segno:
 520 mi ha fatto lei questa piaga, nel petto fin qui senza amori.
 La medicina è una mia scoperta: nel mondo mi chiamano
 il Guaritore, e governo il potere delle erbe.
 Ma non esiste una pianta che sappia guarire l'amore:
 le arti che curano tutti non curano il loro signore».
 525 Avrebbe altre cose da dire: ma scappa, fuggendo atterrita
 la figlia del Peneo, piantandolo in mezzo a una frase.
 Anche allora, a lui parve bellissima: le spogliavano il corpo le folate,
 palpitava la veste opponendosi al soffio dei venti
 e l'aria leggera buttava all'indietro e rialzava i capelli.
 530 La fuga l'ha resa più bella. Ma rinuncia a sprecare altro fiato,
 il giovane dio, per sedurla: a spronarlo c'è Amore in persona,
 così affretta il passo a inseguirla. Al modo in cui vede una lepre
 in campo aperto un levriero celtico, e corre a cercare
 lui la preda, ma lei la salvezza, e convinto di stare per prenderla,
 535 l'uno conta di averla fra un attimo e allarga le fauci
 per azzannarle le zampe, ma l'altra gli sfugge tra i denti
 lasciandosi indietro quel morso che già la costringe, e non sa
 se sia o non sia prigioniera, così corrono il dio e la ragazza,
 sospinto dalla speranza lui, spinta lei dal terrore.
 540 Ma le ali d'Amore sostengono quello che insegue:
 non le dà tregua, è più rapido e già le sta addosso,
 mentre lei scappa, alla schiena, ansandole dentro ai capelli
 sparsi sul collo. Lei è pallida, ha perso le forze,
 [...]

545 quae facit ut laedar, mutando perde figuram.]]
 544^a uicta labore fugae, spectans Peneidas undas,
 546 «fer, pater» inquit, «opem, si flumina numen habetis;
 qua nimium placui, mutando perde figuram».

uix prece finita torpor grauis occupat artus;
 mollia cinguntur tenui praecordia libro;
 550 in frondem crines, in ramos braccia crescunt;
 pes modo tam uelox pigris radicibus haeret;
 ora cacumen habet; remanet nitor unus in illa.
 hanc quoque Phoebus amat, positaque in stipite dextra
 sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus,
 555 complexusque suis ramos, ut membra, lacertis
 oscula dat ligno; refugit tamen oscula lignum.
 cui deus «at quoniam coniunx mea non potes esse,
 arbor eris certe» dixit «mea; semper habebunt
 te coma, te citharae, te nostrae, laure, pharetrae.
 560 tu ducibus Latiis aderis, cum laeta Triumphum
 uox canet et uisent longas Capitolia pompas;
 postibus Augustis eadem fidissima custos
 ante fores stabis mediamque tuebere quercum.
 utque meum intonsis caput est iuuenale capillis,
 565 tu quoque perpetuos semper gere frondis honores».

finierat Paean; factis modo laurea ramis
 adnuit utque caput uisa est agitasse cacumen.
 Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique claudit
 silua; uocant Tempe. per quae Peneos ab imo
 570 effusus Pindo spumosis uoluitur undis
 deiectuque graui tenues agitantia fumos
 nubila conducit summisque aspergine siluis

gia uu. 544-7 ut genuinos defendit 552. *habet* γ: *obit* H^c (ex *abit*, ut uid.) BFG
 (Heinsius): *babent* Ω 560. *Latiis* Heinsius: *l(a)etis* Ω | *Triumphum* Merkel: *tr-*
 Ω 567. *atque* H M^{ac} FG¹ T (de B n. l.)

545 [...]

544^a spossata dalla fatica della fuga veloce. Ma vede le onde del Peneo
 546 e lo invoca: «Soccorrimi, padre! Se in voi c'è potere divino, fiume,
 trasforma e smarrisci questa bellezza che ha acceso un amore
 [eccessivo].

Appena ha finito la supplica, le invade un pesante torpore
 le membra, una lieve corteccia le cinge il morbido seno,
 550 i capelli si levano in foglie, le braccia si drizzano in rami,
 i piedi fin lì così rapidi si fissano in lente radici,
 la chioma le invade la faccia: non resta di lei che il fulgore.
 Anche così, Febo l'ama e posando la mano sul tronco
 le sente il cuore che palpita, sotto la nuova corteccia.
 555 Le stringe ai rami le braccia, come se fossero membra,
 le copre il legno di baci: ma il legno respinge i suoi baci.
 Il dio: «Se è vero», le disse, «che non posso più averti per sposa,
 sarai, se non altro, il mio albero: ti porterò sempre addosso,
 allora, dentro i capelli, sulla cetra e la faretra.
 560 Ai condottieri del Lazio farai compagnia nel Trionfo
 intonato da un coro festoso, e cortei interminabili
 vedrà il Campidoglio. Davanti alle porte di Augusto
 monterai fedelissima guardia, proteggendo la quercia nel mezzo;
 e come io non mi taglio i capelli, e la mia è la testa di un giovane,
 565 anche tu porterai l'ornamento di foglie perpetue».

Pean tacque; l'alloro annuì con i rami appena spuntati,
 e gli parve accennare col vertice, come se fosse una testa.

C'è una foresta in Emonia, che chiude una selva scoscesa
 da tutti i lati, chiamata Tempe. Vi irrompe il Peneo
 570 precipitando dai piedi del Pindo con acque schiumanti:
 in una pesante cascata solleva nuvole e vortici
 di lievi vapori, gli schizzi piovono sulle cime degli alberi

impluit et sonitu plus quam uicina fatigat.
 haec domus, haec sedes, haec sunt penetralia magni
 575 amnis; in his residens facto de cautibus antro
 undis iura dabat nymphisque colentibus undas.
 conueniunt illuc popularia flumina primum,
 nescia gratentur consolenturne parentem,
 populifer Sperchios et inrequietus Enipeus
 580 Apidanusque senex lenisque Amphrysos et Aeas,
 moxque amnes alii qui, qua tulit impetus illos,
 in mare deducunt fessas erroribus undas.
 Inachus unus abest imoque reconditus antro
 fletibus auget aquas natamque miserrimus Io
 585 luget ut amissam. nescit uitane fruatur
 an sit apud Manes, sed quam non inuenit usquam
 esse putat nusquam atque animo peiora ueretur.
 Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
 flumine et «o uirgo Ioue digna tuoque beatum
 590 nescioquem factura toro, pete» dixerat «umbras
 aliorum nemorum» (et nemorum monstauerat umbras)
 «dum calet et medio sol est altissimus orbe.
 quod si sola times latebras intrare ferarum,
 praeside tuta deo nemorum secreta subibis,
 595 nec de plebe deo, sed qui caelestia magna
 scepra manu teneo, sed qui uaga fulmina mitto.
 ne fuge me!» (fugiebat enim). iam pascua Lerna
 consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arua,
 cum deus inducta latas caligine terras

573. *impluit* HM^{ac} N¹ (-pul-) BG: *infl-* Ω 577-625. (= f. 4^v) uix legitur P
 580. *Apidanusque* Jacobus a Cruce (cf. Luc. VI 373): *eri-* Ω (*epi-* ζ); eadem confusio
 VII 228 591. *aliorum nemorum* HMU: *aut borum n.* Σ: *aut h. aut borum* N^{4c} P
 I et *nemorum monstauerat* ζ: *nem. monst.* M^c e: *nem. et monst.* N^{4c} P: *et demon-*
strauerat (M^{ac}) U: *sed dem-* H: *nam dem-* U^{2c}: *aut borum et monst.* Σ (uersum om. F,
 add. F², saec. XIII) 599. *inducta latas*: *-ctas lata* M^{ac} N^{ac} U^{ac} F^{ac}: *-cta lata* BG:
-cta alta H

e sposa il fragore anche valli lontane.
 Qui è la dimora, la casa, il sacrario del fiume possente;
 575 qui ha imposto, seduto in un antro scavato di roccia,
 leggi alle onde e alle ninfe che vivono dentro le onde.
 Qui per primi convergono i fiumi locali,
 e non sanno se rallegrarsi o dolersi col padre di lei:
 lo Spercheo cinto di pioppi, il turbolento Enipeo,
 580 il vecchio Apidano, il pacifico Anfriso e l'Eante;
 poi tutti gli altri fiumi, che per dove li spinge la corsa
 conducono in mare le onde, spossate da tanto vagare.
 L'Inaco solo non viene: nascosto in fondo a una grotta
 ingrossa di lacrime i flutti, profondamente infelice,
 585 e piange per persa la figlia, Io: non sa se sia viva o se sia scesa
 dai Mani; ma poiché non riesce a trovarla in nessun luogo,
 è convinto che lei non sia in nessun luogo e dentro di sé teme il
 [peggio.
 L'aveva vista tornare Giove dal fiume suo padre,
 e: «Vergine degna di Giove», le aveva detto, «fortuna dell'uomo,
 590 chiunque egli sia, che prenderai nel tuo letto, entra nell'ombra
 profonda dei boschi» (e le aveva indicato le ombre dei boschi);
 «finché fa caldo, e sta all'apice il sole, a metà del suo corso.
 Se poi hai paura d'entrare da sola dove si appostano le belve,
 hai un dio per proteggerti: senza pericolo ti spingerai nel più folto
 [dai boschi.
 595 Un dio non del volgo: io sono colui che sostiene lo scettro celeste
 nella gran mano, che scaglia le folgori erranti.
 Non scappare!». Lei invece scappava, e già si lasciava alle spalle
 i pascoli di Lerna, e sul Lirceo le campagne alberate.
 Ma il dio, suscitando una nebbia, nascose dovunque il paesaggio,

600 occuluit tenuitque fugam rapuitque pudorem.

Interea medios Iuno despexit in Argos,
et noctis faciem nebulas fecisse uolucres
sub nitido mirata die, non fluminis illas
esse nec umentis sensit tellure remitti;

605 atque suos coniunx ubi sit circumspicit, ut quae
deprentis totiens iam nosset furta mariti.

quem postquam caelo non repperit, «aut ego fallor
aut ego laedor» ait delapsaque ab aethere summo
constitit in terris nebulasque recedere iussit.

610 coniugis aduentum praesenserat inque nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuenam;
bos quoque formosa est. speciem Saturnia uaccae,
quamquam inuita, probat, nec non et cuius et unde
quouae sit armento, ueri quasi nescia, quaerit.

615 Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
desinat inquiri; petit hanc Saturnia munus.
quid faciat? crudele suos addicere amores,
non dare suspectum est; pudor est qui suadeat illinc,
hinc dissuadet amor. uictus pudor esset amore,

620 sed leue si munus sociae generisque torique
uacca negaretur, poterat non uacca uideri.
paelice donata non protinus exuit omnem
diua metum timuitque Iouem et fuit anxia furti,
donec Arestoridae seruandam tradidit Argo.

625 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat;
inde suis uicibus capiebant bina quietem,
cetera seruabant atque in statione manebant.
constiterat quocumque modo, spectabat ad Io;

601. *Argos* L. Müller, «RhM» XX 1865, p. 259, cf. Am. I 10, 5: *agros* Ω 615.
mentitus H^{1c} M BFG 617. *abdicere* N^c U B^{3v} LP 618. *illinc: illud* N^c U(S)
FG^{2c} (de P n. l.) 623. *furti: -to* HN^{ac} U G^v et fort. L^{ac} 628. *modo* Δ FL: lo-
co U^{2v} BGP

600 frenò la fuga di lei, e a forza le tolse il pudore.

Intanto Giunone guardava dall'alto nel mezzo dell'Argolide
stupita che nuvole alate, in un giorno splendente,
avessero finto una notte; capì che non erano effetto
del fiume, e neppure le aveva emanate la terra bagnata;

605 si guardò intorno cercando il marito, esperta com'era
dei raggiri di lui, per averlo tante volte sorpreso sul fatto.

Non trovandolo in cielo, «O mi sbaglio», disse,
«o è lui che mi inganna»; volò giù dall'alto dell'etere,
e appena toccata la terra comandò di sparire alle nebbie.

610 Ma lui, presentendo l'arrivo della moglie, aveva già trasformato
la figlia dell'Inaco in una splendente giovenca.

Ancora da vacca, è stupenda; la figlia di Saturno
a malincuore è costretta a trovarla bellissima e chiede chi sia il suo
[padrone,

da dove è arrivata (fingendo ignoranza), a che armento appartiene.

615 Giove mente: l'ha fatta la terra (sperando che smetta di fare
[domande
sull'origine). Ma la chiede in regalo la figlia di Saturno.

Che fare? È una cosa straziante metterle in mano il suo amore;
è sospetto non dargliela. La vergogna lo spinge in un senso,
l'amore sconsiglia. E forse sulla vergogna avrebbe trionfato l'amore;
620 ma rifiutare quel piccolo dono a colei che divide con lui la nascita
e il letto farebbe pensare che non sia vacca, la vacca.

Così le regala l'amante: ma la dea non depone senz'altro la paura;
sospetta di Giove, continua a temere che lui gliela rubi,
e finisce per darla in consegna ad Argo, il figlio di Arestore.

625 Cento occhi Argo portava in giro alla testa, <
e due di loro, a turno, riposavano
mentre gli altri vegliavano e restavano in guardia.
Comunque si fosse girato, guardava nel verso di Io;

- ante oculos Io, quamuis auersus, habebat.
 630 luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est
 claudit et indigno circumdat uincula collo.
 frondibus arboreis et amara pascitur herba
 proque toro terrae non semper gramen habenti
 incubat infelix limosaque flumina potat.
 635 illa etiam supplex Argo cum bracchia uellet
 tendere, non habuit quae bracchia tenderet Argo,
 et conata queri mugitus edidit ore,
 pertimuitque sonos propriaque exterrita uoce est.
 uenit et ad ripas ubi ludere saepe solebat,
 640 Inachidas ripas, nouaque ut conspexit in unda
 cornua pertimuit seque exsternata refugit.
 Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse
 quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores
 et patitur tangi seque admirantibus offert.
 645 decerptas senior porrexerat Inachus herbas;
 illa manus lambit patriisque dat oscula palmis,
 nec retinet lacrimas et, si modo uerba sequantur,
 oret opem nomenque suum casusque loquatur.
 littera pro uerbis, quam pes in puluere duxit,
 650 corporis indicium mutati triste peregit.
 «me miserum!» exclamat pater Inachus inque gementis
 cornibus et niuea pendens ceruice iuuencae
 «me miserum!» ingeminat; «tune es quaesita per omnes,
 nata, mihi terras? tu non inuenta reperta
 655 luctus eras leuior. retices nec mutua nostris
 dicta refers; alto tantum suspiria ducis

637. et conata: conatoque U^c P (Heinsius): -aque H 638. del. Tarrant 2004, cf.
 Her. 14, 92 et 641 infra 641. seque ex(s)ternata refugit M P: seseque exterrita
 fugit HN^c (ref: N^{nc})U BGL: seque exterrita ref. F 647. et U GLP: sed Ω 652.
 niuea Getty: niue(a)e Ω 654. reperta post Pareum Heinsius: r. es Ω

- poteva voltarle le spalle e tenerla sott'occhio.
 630 Di giorno la lascia al suo pascolo: ma la rinchiude appena il sole è
 [disceso
 in fondo alla terra e intorno al collo le stringe un laccio umiliante.
 Lei mangia erbe amare e foglie degli alberi;
 invece del letto, sventurata, si stende per terra,
 che spesso è senza erba; beve dai fiumi fangosi.
 635 Se pure volesse tendere supplichevole ad Argo le braccia,
 le braccia non le ha più, da tendere ad Argo.
 Se faceva lo sforzo di piangere, dalla bocca le usciva un muggito;
 rabbrivida a quel suono, d'orrore per quella sua voce.
 Si spinse anche fino alle sponde dove aveva giocato a suo tempo,
 640 le sponde dell'Inaco: ma guardarsi nell'acqua le corna straniere
 bastò per farla tremare e fuggire da sé, inorridita.
 Che sia lei non lo sanno le Naiadi, non lo sa l'Inaco:
 ma lei va dietro al padre, va dietro alle sorelle
 si lascia toccare e ne accetta gli sguardi stupiti.
 645 Il vecchio Inaco va offrendole dell'erba strappata per lei:
 lei gli lecca le mani, bacia le palme del padre
 senza frenare le lacrime, e se solo trovasse le frasi
 chiederebbe aiuto, direbbe chi è e la sua storia.
 In luogo di parole, traccia lettere in terra col piede
 650 per denunciare la triste ventura del corpo cambiato.
 «Ah, che disgrazia!» esclama Inaco, il padre; e ripete,
 abbracciando le corna e il collo di neve alla giovenca che piange,
 «ah, che disgrazia! davvero sei tu la figlia che cerco
 da un capo all'altro del mondo? Non trovarti era un lutto più lieve
 655 di questo trovarti. Tu taci: a quello che dico
 non rispondi, ma tiri soltanto sospiri dal fondo del petto

pectore, quodque unum potes, ad mea uerba remugis.
 at tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam,
 spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum;
 660 de grege nunc tibi uir et de grege natus habendus.
 nec finire licet tantos mihi morte dolores,
 sed nocet esse deum, praeclusaque ianua leti
 aeternum nostros luctus extendit in aeuum.»
 talia maerentem stellatus summouet Argus
 665 ereptamque patri diuersa in pascua natam
 abstrahit; ipse procul montis sublime cacumen
 occupat, unde sedens partes speculatur in omnes.
 Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra
 ferre potest natumque uocat quem lucida partu
 670 Pleias enixa est letoque det imperat Argum.
 parua mora est alas pedibus uirgamque potenti
 somniferam sumpsisse manu tegumenque capillis.
 haec ubi disposuit, patria Ioue natus ab arce
 desilit in terras. illic tegumenque remouit
 675 et posuit pennas; tantummodo uirga retenta est.
 hac agit ut pastor per deuia rura capellas
 dum uenit abductas et structis cantat auenis.
 uoce noua captus custos Iunonius «at tu,
 quisquis es, hoc poteris mecum considerare saxo»,
 680 Argus ait; «neque enim pecori fecundior ullo
 herba loco est, aptamque uides pastoribus umbram».
 sedit Atlantiades et euntem multa loquendo
 detinuit sermone diem, iunctisque canendo
 uincere harundinibus seruantia lumina temptat.
 685 ille tamen pugnat molles euincere somnos

660. *et: nunc* φ (Heinsius) 664. *maerentem: -nti* (S) φ (Heinsius); *querentem*
 P 676-7. *capellas, / dum uenit*, dist. Ehwald 677. *uebit* N^c B^{3v} L | *abductas*
 (k^{ac}) ζ; *add. Ω* 678. *noua* HM(N^{ac}) BG; *nou(a)e* N^c U FLP | *at tu d: arte*
 HM(N^{ac}): *artis Ω* (*iunonis et arte* BG) *noua et ... arte* Ehwald, cf. 709 infra

e se parlo muggisci in risposta: non sai fare che questo.
 E io che senza sapere preparavo per te faci e talamo
 e già mi aspettavo un genero prima, e poi dei nipoti!
 660 E adesso, il marito l'avrai dentro al gregge, e dal gregge un tuo figlio.
 E non mi è concesso finirlo con la morte, il mio immenso dolore:
 essere un dio è una sciagura: mi sbarra la porta dei morti
 e prolunga il mio lutto per ere interminabili.»
 Mentre il padre così si lamenta, a forza gli strappa la figlia
 665 Argo stellato, tirandola altrove per prati lontani.
 A distanza si apposta sulla vetta più alta di un monte
 e da lì senza muoversi scruta da tutte le parti.
 Ma oltre non regge, il re dei Celesti, a tante sciagure
 della Foronide: convoca il figlio che gli ha partorito
 670 la fulgida Pleiade, e gli ordina di uccidere Argo.
 Lui indugia appena a mettersi ai piedi le ali,
 e nella mano possente la verga che induce a dormire,
 e sui capelli il cappello. Quando è tutto a posto,
 dalla rocca del padre il figlio di Giove salta giù in terra.
 675 Qui si toglie il cappello e depone le ali, conservando soltanto la verga.
 Con quella si finge pastore e sospinge per campi appartati
 caprette rubate per via; si fabbrica un flauto e lo suona.
 Rapito dalla musica mai udita prima, il guardiano di Giunone:
 «Chiunque tu sia,» Argo gli dice, «potresti sederti con me
 680 su questa roccia; non c'è luogo più fertile d'erba
 per le greggi, e per i pastori, lo vedi, c'è un'ombra ideale».
 Si siede, il nipote di Atlante, e ferma il giorno che fugge
 con lunghi discorsi; si sforza, suonando il congegno di canne,
 di avere la meglio su quegli occhi guardinghi.
 685 Ma l'altro combatte per resistere alla voglia di sonno,

et, quamuis sopor est oculorum parte receptus,
parte tamen uigilat. quaerit quoque (namque reperta
fistula nuper erat) qua sit ratione reperta.

Tum deus «Arcadiae gelidis in montibus» inquit
690 «inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit; nymphae Syringa uocabant.
non semel et Satyros eluserat illa sequentes
et quoscumque deos umbrosaue silua feraxque
695 uirginitate deam; ritu quoque cincta Dianae
falleret et posset credi Latonia, si non
corneus huic arcus, si non foret aureus illi.
sic quoque fallebat. redeuntem colle Lycaeo
Pan uidet hanc pinuque caput praecinctus acuta
700 talia uerba refert» restabat uerba referre,
et precibus spretis fugisse per auia nympham
donec harenosi placidum Ladonis ad amnem
uenerit; hic illam cursum impredientibus undis
ut se mutarent liquidas orasse sorores;
705 Panaque, cum prensam sibi iam Syringa putaret,
corpore pro nymphae calamos tenuisse palustres;
dumque ibi suspirat, motos in harundine uentos
effecisse sonum tenuem similemque querenti;
arte noua uocisque deum dulcedine captum
710 «hoc mihi colloquium tecum» dixisse «manebit»
atque ita disparibus calamis compagine cerae
inter se iunctis nomen posuisse puellae.

693. *umbrosaue ... feraxque* M^{ac} NU: -ue ... -ue p₂ χ 694. *ipsaque* M^{ac} N^{ac} U BP:
ipsamque Ω 698. om. HM^{ac} N^{ac} 700. post *refert* in textu tibi nubere
nimpha uolentis | uotis cede dei add. N^{4c} U^{2c}; eadem uel similia hab. B^{3m} F²⁻³ (inter
700 et 701) G^{3m} L^{3m} 710. *colloquium* M(S) L^{3m}; *consilium* Ω (*solatium* BG):
conc- χ 712. *posuisse* Tarrant 2004, coll. Verg. Aen. VII 63; *tenuisse* Ω (ex
706); *tribuisse* Waddel (teste Magno), cf. XIV 621; *mansisse* Gryphius (e cod.?), cf.
XI 795

e sebbene una parte degli occhi l'abbia già invasa il sopore,
con l'altra sta sveglia. Non basta: vuole sapere da lui
(la zampogna era appena inventata) la storia di quell'invenzione. <

E il dio gli risponde: «Sui gelidi monti d'Arcadia,
690 tra le Amadriadi di Nonacre c'era una volta una naiade
famosa, chiamata Siringa dalle ninfe,
sfuggita più volte alla caccia dei Satiri e a tutti gli dèi
che nascondono i boschi ombrosi e la fertile
campagna. Per gusti e, di più, perché vergine,
695 venerava la dea d'Ortigia; vestita alla moda di Diana,
l'avresti presa per lei: poteva passare per la figlia di Latona,
se non fosse per l'arco di corno che l'altra ha d'oro.
E comunque, l'avresti presa per lei. Pan la vede
che torna dal monte Liceo, e così prende a parlarle,
700 con la testa recinta di aghi di pino...». Restava da dire
di come la ninfa, insensibile alle preghiere di lui,
si fosse data alla macchia, finendo poi ai flutti tranquilli
del sabbioso Ladone, dove l'acqua le sbarra la fuga.
Lei supplica le sorelle acquatiche di trasformarla;
705 e mentre Pan già è convinto di avere acchiappato Siringa,
fra le mani si trova, invece del corpo della ninfa, dei giunchi palustri; <
e mentre sospira, il suo soffio, vibrando dentro le canne,
produce una musica lieve che sembra un lamento.
Toccato da quella scoperta e dalla dolcezza del suono,
710 dice il dio: «Sarà questo il colloquio con te che mi resta».
E così, congiungendo con la cera un congegno di canne
di diversa lunghezza, gli impose il nome della ragazza.

talia dicturus uidit Cyllenius omnes
 succubuisse oculos adopertaque lumina somno.
 715 *supprimit extemplo uocem firmatque soporem,*
languida permulcens medicata lumina uirga;
nec mora, falcato nutantem uulnerat ense
qua collo est confine caput, saxoque cruentum
deicit et maculat praeruptam sanguine rupem.
 720 *Arge, iaces, quodque in tot lumina lumen habebas*
extinctum est centumque oculos nox occupat una.
excipit hos uolucrisque suae Saturnia pennis
conlocat et gemmis caudam stellantibus implet.
 Protinus exarsit nec tempora distulit irae,
 725 *horriferamque oculis animoque obiecit Erinyn*
paelicis Argolicae stimulosque in pectore caecos
condidit et profugam per totum exercuit orbem.
ultimus immenso restabas, Nile, labori;
quem simul ac tetigit, positisque in margine ripae
 730 *procubuit genibus resupinoque ardua collo,*
quos potuit solos, tollens ad sidera uultus
et gemitu et lacrimis et luctisono mugitu
cum Ioue uisa queri finemque orare malorum.
coniugis ille suae complexus colla lacertis
 735 *finiat ut poenas tandem rogat «in»que «futurum*
pone metus»; inquit «numquam tibi causa doloris
haec erit»; et Stygias iubet hoc audire paludes.
ut lenita dea est, uultus capit illa priores
fitque quod ante fuit. fugiunt e corpore saetae,
 740 *cornua decrescunt, fit luminis artior orbis,*
contrahitur rictus, redeunt umerique manusque,

719. *rupem: cautem* χ; *ueprem* Postgate 720. *in tot* UBGP^{ed}; *inter tot* (M^{ac})
 (N^{ac}) H^c; *inter* H^{ac}M^cN^c (S) FL 722. *bos: hunc* HMN^{ac} G 727. *exercuit*
 Postgate; *circuit* H(N^{ac}): *conciat* f¹ p; *terruit* Ω 733. *queri: q. est* LP; *loqui* N¹;
loqui est U 739. *e* H^c MN L; *de* U Σ

Era questa la storia che il dio di Cillene voleva narrare;
 ma s'accorse che ormai tutti gli occhi gli si erano chiusi, cedendo
 [al sonno.
 715 Trattiene all'istante la voce, e rende il sonno più duro
 passando sugli occhi fiaccati la verga prodigiosa.
 E non tarda a colpirlgli con la spada falcata la testa ora curva,
 nel punto che confina col collo, buttandola giù per la roccia
 sanguinante e macchiando di sangue la rupe scoscesa.
 720 Sei a terra, Argo: si è spento ormai il lume <
 di tutti i tuoi lumi; ora domina un'unica notte sui tuoi cento occhi.
 La figlia di Saturno si mette a raccogliarli: ne sparge le piume
 del suo uccello, gli copre la coda di stelle di gemme.
 Ma subito s'accese di collera e non volle spostarla nel tempo;
 725 evocò la terribile Erinni davanti all'anima e agli occhi
 della rivale d'Argolide, le piantò in fondo al cuore il pungolo
 e la spinse a fuggire esiliata per tutta la terra. [della demenza
 Nilo, al suo immenso travaglio tu hai opposto un limite estremo.
 Appena l'ebbe toccato, si buttò sulla sponda
 730 in ginocchio, rovesciò il collo e drizzando la testa,
 levando alle stelle il volto (di più non poteva),
 con gemiti e lacrime e muggiti dal lugubre suono
 sembrò lamentarsi con Giove e implorare la fine di tanti tormenti.
 Lui butta le braccia al collo alla moglie, e la supplica
 735 di mettere infine un termine al castigo: «Per il futuro»,
 le dice, «abbandona il timore; non avrai mai
 questa ragione di pena», e prende a garanti gli stagni dello Stige. <
 La dea s'addolcisce e l'altra riprende il suo aspetto,
 ritorna com'era già stata: le setole le lasciano il corpo,
 740 le corna scompaiono, si contraggono i globi degli occhi,
 le fauci si serrano, ritrova le spalle e le mani,

ungulaque in quinos dilapsa absumitur unguēs;
 de boue nil superest formae nisi candor in illa.
 officioque pedum nympha contenta duorum
 745 erigitur metuitque loqui, ne more iuuencae
 mugiat, et timide uerba intermissa retemptat.

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba;
 nunc Epaphus magni genitus de semine tandem
 creditur esse Iouis perque urbes iuncta parenti
 750 templa tenet. fuit huic animis aequalis et annis
 Sole satus Phaethon, quem quondam magna loquentem
 nec sibi cedentem Phoeboque parente superbum
 non tulit Inachides «matri»que ait «omnia demens
 credis et es tumidus genitoris imagine falsi».
 755 erubuit Phaethon iramque pudore repressit
 et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem;
 «quo»que «magis doleas, genetrix» ait, «ille ego liber,
 ille ferox tacui. pudet haec opprobria nobis
 et dici potuisse et non potuisse refelli.
 760 at tu, si modo sum caelesti stirpe creatus,
 ede notam tanti generis meque adsere caelo».
 dixit et implicuit materno bracchia collo
 perque suum Meropisque caput taedasque sororum
 traderet orauit ueri sibi signa parentis.
 765 ambiguum Clymene precibus Phaethontis an ira
 mota magis dicti sibi criminis utraque caelo
 bracchia porrexit, spectansque ad lumina solis
 «per iubar hoc» inquit «radiis insigne coruscis,
 nate, tibi iuro, quod nos auditque uidetque,
 770 hoc te, quem spectas, hoc te, qui temperat orbem,

742. om. HM^{ac} N^{ac} 747. *linigera* H F^c P: *lanigera* F^{ac}: *niligera* M¹ N¹ U B^{ac}: *niligera* M² B^{2c} L | post 747 incipit liber secundus in M v₂ Ω W^{1,2} 748. *nunc*: *binc* NU F^{1a} L^c: *tunc* h: *huic* χ (Heinsius) 752. *credentem* HM^{ac} N^{ac} 765. *ambiguum est* H⁸ M^c U³ F⁸ L³ P⁸

sparisce lo zoccolo, si scinde in cinque unghie,
 e altro in lei non rimane della vacca, se non lo stupendo candore.
 Si risolleua, la ninfa, e due piedi le bastano a reggersi
 745 ma di parlare ha paura: se dovesse tornare a muggire
 come fa una giovenca? Ritenta esitante la lingua perduta.

Adesso è una dea, venerata dalla gente vestita di lino
 sopra ogni altra; suo figlio, Epafò, adesso lo credono <
 nato, alla fine, dal seme di Giove potente, e insieme a sua madre
 750 ha templi in molte città. Aveva l'identica età e lo stesso carattere
 del figlio del Sole, Fetonte, che una volta, con frasi arroganti,
 superbo di Febo per padre, non volle lasciargliela vinta.
 Non poté sopportarlo, il nipote dell'Inaco: «Pazzo!» gli disse, <
 «Tu credi in tutto a tua madre, e ti gonfi di un padre inventato».
 755 Fetonte arrossì, ma repressé nella vergogna la collera
 e andò a riferire a sua madre, Climene, l'insulto di Epafò.
 «Ti farà ancora più male, madre», le disse, «sapere che io, così
 [franco
 e impetuoso, sono rimasto in silenzio; non mi vergogno meno di
 [avere potuto
 ascoltare una simile infamia, che di non averla saputo smentire.
 760 Ma se vengo davvero da una razza celeste, tu dammi un indizio
 di così nobile nascita, della pretesa che ho al cielo.»
 Parlando, stringeva le braccia sul collo alla madre:
 per la testa di Merope e sua, per le torce delle sorelle
 l'implorò di dargli le prove di chi fosse davvero suo padre.
 765 Climene, sconvolta non so se più dalle suppliche di Fetonte
 o dal risentimento per l'insulto lanciato a lei stessa,
 al cielo levò le due braccia e fissando il fulgore del sole:
 «Per quest'astro glorioso di fulgidi raggi»,
 esclamò «che ci ascolta e ci vede figlio, ti giuro
 770 che sei nato dal sole che guardi, dal sole che regola il mondo.

Sole satum. si ficta loquor, neget ipse uidendum
 se mihi, sitque oculis lux ista nouissima nostris.
 nec longus patrios labor est tibi nosse Penates;
 unde oritur domus est terrae contermina nostrae.
 775 si modo fert animus, gradere et scitabere ab ipso».
 emicat extemplo laetus post talia matris
 dicta suae Phaethon et concipit aethera mente,
 Aethiopasque suos positosque sub ignibus Indos
 sidereis transit patriosque adit impiger ortus.

773-9. Bern HMNU BFGLP

771. *loquor. fero* H¹⁸ 773-II 22. exstant in Bern 773. *labor est patrios* Bern
 φ 779. *patrios* χ (coni. Magnus)

Se dico il falso, mi possa impedire mai più di vederlo,
 sia questa luce l'ultima ai miei occhi.
 Non farai gran fatica a trovare i Penati di tuo padre:
 la dimora da dove si leva confina col nostro paese.
 775 Parti, se solo ne hai voglia, e va' a informarti da lui».
 Si slancia fuori all'istante, felice di quanto gli ha detto
 sua madre, Fetonte, e s'empie la mente di cielo.
 Traversa l'Etiopia che è sua, quindi l'India, distesa
 sotto i fuochi dell'astro, e giunge di slancio all'oriente del padre.

BRITAJ
OVIDIO
METAMORFOSI

a cura di A. Barchiesi

Piano dell'opera

Volume I
Saggio introduttivo
di C. Segal
LIBRI I-II
traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi

Volume II
LIBRI III-IV
traduzione di L. Koch
commento di A. Barchiesi e G. Rosati

Volume III
LIBRI V-VI
traduzione di G. Chiarini
commento di G. Rosati

Volume IV
LIBRI VII-IX
traduzione di G. Chiarini
commento di E.J. Kenney

Volume V
LIBRI X-XII
traduzione di G. Chiarini
commento di J.D. Reed

Volume VI
LIBRI XIII-XV
traduzione di G. Chiarini
commento di P. Hardie

Testo critico basato sull'edizione oxoniense di R. Tarrant

OVIDIO

METAMORFOSI

Volume I
(Libri I-II)

a cura di Alessandro Barchiesi
con un saggio introduttivo di Charles Segal

Testo critico basato sull'edizione
oxoniense di Richard Tarrant

Traduzione di Ludovica Koch

FONDAZIONE LORENZO VALLA
ARNOLDO MONDADORI EDITORE

INDICE

Questo volume è stato pubblicato
grazie alla collaborazione della
Fondazione Cariplo
e della
Fondazione Carisbo

ISBN 88-04-54481-3

*Il saggio introduttivo di Charles Segal
è stato tradotto da Laura Rossi*

Grafica di Vittorio Merico

© Fondazione Lorenzo Valla 2005
1 edizione novembre 2005

www.librimondadori.it

- IX Premessa del curatore
XV *Il corpo e l'io nelle «Metamorfosi» di Ovidio*
di Charles Segal
CIII Introduzione
CLXIII Bibliografia
CLXXXIX Nota al testo

TESTO E TRADUZIONE

- 3 *Sigla*
11 Libro primo
69 Libro secondo

COMMENTO

- 133 Libro primo
235 Libro secondo